

LIBER SECVNDVS.

CONTINENS
DESCRIPTIONEM
TEMPLI PAROCHIALIS,
EIVSQVE EPITAPHIA.

A V T O R E,
BALTHASARE MEN-
cio Nimecensi.

Seneca.

*Poma quædam suaviter acerba sunt : Et in vino
veteri delectat & ipsa amaritudo : sic amicorum de-
functorum memoria mordet animum , sed non sine vo-
luptate : &c.*



MAGDEBURGI,

*Excudebat Andreas Seydner, Impensis Ambrosij
Kirchneri. Anno 1604.*

VViteberga Metropolis Electoratus
Saxonici.



VT Romæ Ausonias inter caput extulit vrbes,
Quæ diadema colunt, impiæ Papa, tuum:
Sic & Teutonicis splendet VViteberga sub oris
Quæ dogma observant, optime Christe, tuum:
Hæc Antichristum profligat; at illa tuetur;
Hæc Christum recipit; pellit ad illa foras.
Christe, tuum defende gregem, verbiq; ministros;
Ut sint, qui celebrent nomen in orbe tuum

PRAEFATIO.



MAGNIFICIS

AC GENERIS SPLEN-
DORE VIRIS SPECTATIS-

simis, eruditione, virtute, eloquentia,
& autoritate, rerumq; scientia præ-

stantis. Dn: Iohanni, & Dn: Martino

Alemannis Consulib: in excelsa Mag-

deburgensium Repub. fratribus ger-

manis, D. D. Martini fil: Iohan. Ne-

pot: ibidem olim Cofs: meritis. eo-

rumq; filiis, Dominis & fautoribus

fuis omni officiorum genere co-

lend. salutem & felicita-

tem precatur.

S. D.



Etus & communis est

querela, hoc Poetae ver-

siculo expressa: Omnia

sunt ingrata, nihil fecis-

) (2 se

PRÆFATIO.

se benignè est. Et sanè humanam naturam veneno peccati horribiliter corruptam & depravatam esse, vel indeliquet, quod pleriq; mortalium non modo erga Deum, omnium bonorum fontem & datorem, verum etiam erga se inuicem, ac præsertim erga benefactores suos, tam flagitiosè sunt ingrati. Nam vt de alijs ordinibus iam non dicam, quam mala gratia (proh dolor) multis præceptoribus optimè meritis ab ingratis discipulis refertur, vt non immeritò cum Curruca gemant & querantur apud Poëtam Tragicum: Menè exclusisse, vt essent qui me perderent.

Linus Poeta Thebanus antiquissimus Herculem literas & Musicam, docuisse scribitur. Cum autem tardiusculum minusq; alacriter facientem

PRAEFATIO.

tem officium obiurgasset aliquando Linus, adolescens iratus tabulam, in qua literas pinxerat, capiti illius illisit. Ex quo ictu Linus mortuus est.

Huic non dissimilem, si non peiorem, gratiam etiam Seneca Praeceptor Neronis, Damascenus, Cassianus, Iohannes Scotus Lutetiae à discipulis exoculatus, & multi alij tulerunt. Doctor amarus eum discen- ti semper ephēbo, nec dulcis ulli disci- plinae infantiae est, ut in Hymno de passione Cassiani canit Prudentius.

Quid accidit Domino & Serua- tori nostro Christo? An non à pro- prio discipulo, quem in quartum an- num non tantum aluerat & institue- rat fidelissimè, sed etiam dono eden- dorum miraculorum ornauerat, nefariè

PRAEFATIO.

riè proditus & laniena hostium obie-
ctus est.

Iam si priscis illis & verè aureis
temporibus tanta fuit hominum mali-
tia, tantaq; ingratitude: quis credat,
in hac postrema & effæta mundi sene-
cta, probiores factos? imo quis non sce-
leratiores euasisse dicat? Vt verissimè
simul & venustissimè cecinit Hora-
tius:

*Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiore.*

Meminimus quid viro Reuerendo
D. Martino Luthero quem ad instau-
randa Theologicæ doctrinæ studia &
illustrandam Euangelij lucem densis-
simis tenebris antea oppressam Deus
immensa bonitate his postremis tem-
poribus

PRAEFATIO.

poribus excitavit, qualem gratiam quidam ingrati Cuculi patri & Praeceptorum optimè merito rependerint, & etiamnum mortuo rependant; falso sibi persuadentes, quantum de eius auctoritate, calumniando eius utilissimos labores, diripuerint, tantum sibi ad ingenij & eruditionis laudem accessurum.

Epitaphium libri huius primum scriptum est Vdalrico Erbaro, Philosophiae & Medicinae Doctore, qui cum anno 1512. Rectoris officio in hac Academia fungeretur, à nobili quodam Franco, discipulo, quem non ita pridem in album studiosorum retulerat, nefariè interfectus est. Talis gratia fideliter docentibus saepè redditur.

Ac ut minutiora etiam attingam, quam multi passim reperiuntur, quos

PRAEFATIO.

nebulones verius quam discipulos dixeris, qui cum alia ratione nocere nequeant, in Præceptorum scrinia, cistas, Musæa clauibus clam surreptis, serisue effractis, inuolant, literas aliaq; secretiora perscrutantur, & Præceptores postea nihil tale suspicantes, ne dum meritos, mendacijs apud alios, adeoq; ipsos parentes deformant, & traducunt, perficientes hac ratione, vt postea parentes (quæ multorum est extremè impudens & sordida tenacitas) Præceptoribus petentibus molestissimi sui laboris præmium, verbera potius quam didactos se repensuros minitentur.

Et ne desint, qui frigidam suffundant, Diaboli organa, reperias inter ipsos hospites nonnullos (vt de famulis iam non dicam) qui discipulorum
contu=

PRAEFATIO.

tis miris artibus ingenuorum adole-
scentum, praesertim nobilium animis,
omnes industriae nervos eò intendunt,
ut prioribus Praeceptoribus, viris ho-
nestis & grauibus nequiter extrusis,
ipsi succedant oratores noui, adole-
scentuli blaterones, parasiti: potando,
beluando, ludendo nihil non facientes,
(si quis genius eos voti compotes red-
diderit) quod discipulis, per se ad oti-
um & luxum procliuibus, & hospiti-
bus crumena inhiantibus adlubescere
perspexerint. Sunt enim Academiae
feraces omnis generis hominum, bono-
rum simul & malorum, ut in Veteri
Versu dicitur: πολλά μὲν ἐσθλά μεμυγ-
μένα, πολλά δ' ἔλογρά.

Verum enim uerò querelam hanc,
quam intuenti mihi huius postremae æ-
tatis barbariem plus quam Cyclopicam
iustis-

PRAEFATIO.

iustissimus dolor extorsit, non ita accipi velim, quasi non & multi reperiantur discipuli grati, piij, morigeri: qui benefacta fidelium Praeceptorum & agnoscant libenter, & ubicunq; occasio datur, debita gratitudine compensent.

Certè Scipio ille Africanus, qui Carthaginem deleuit, Imperij Romani aemulam, constantissimè amavit Praeceptorem Ennium, quem & mortuum suo tumulo inferri mandauit. Itemq; Iulius Cæsar Aristonem Philosophum, Pompeius Cratippum, Augustus Athenodorum (his enim singuli Praeceptoribus vsi fuerant) vsq; ad senectutem apud se retinuerunt.

Vt taceam Hermannum illum Bilingum, Otthonis I. liberorum Pædagogum, quem scribunt, ob fidelissimam operam

PRAEFATIO.

operam præstitam, à grato discipulo ad ducatum Saxoniae euectum esse. Et extant aliorum, qui benè merendo de suis præceptoribus laudem sibi decusq; pepererunt, exempla quam plurima.

Horum verò è numero cum & vos sitis, viri amplissimi prudentissimiq;, quos scholam patriam frequentantes pædagogus olim institui, viuente adhuc patre vestro B. M. Martino Alemanno viro amplissimo atq; integerrimo: meq; ex eo tempore & amaueritis constantissimè, & omni officiorum genere ornaueritis: facere non potui, vestra erga me, Pædagogum olim vestrum, perpetua & constanti beneuolentia permotus, quin hunc secundum Epitaphiorum Vitebogensium librum, mediocri fide, diligentia & la-

PRAEFATIO.

Et labore à me collectum, vestro amplissimo nomini inscriberem et nuncuparem: reuerenter et obnixè rogans, ut hoc, quicquid est officij, nobis non ingratum esse patiamini.

Nam de vtilitate huius opusculi, cum in praefatione libri primi copiosè dixerim, plura nunc non addo. Illud saltem affirmo, multorum certè praestantissimorum virorum, quos olim in hac nostra Academia ipsimet et nouistis et docentes audiuistis, memoriam librum hunc magna (ut spero) cum voluptate vobis refricaturum esse.

Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi vos, una cum vxoribus et liberis dulcissimis, totaq; inclita Republ. Parthenopæa, ad cuius gubernacula diuina prouidentia vos collocauit, quam diutissimè florentes et
inco-

PRAEFATIO.

*incolumes conseruet, ad sui nominis
gloriam, & plurimorum salutem.
Amen.*

*Witenbergæ anno post virginis
partum, millesimo, sexcentesimo quar-
to, die 21. Feb. quo Princeps Sibylla
coniunx Iohan. Frider. Elector. Sax.
placidè in Christo Iesu obdormiuit an-
te annos 50. Vinarie in templo paro-
chiali sepulta.*

Balthasar Mencijs M.
& P. C.

LECTO-

PRAEFATIO.

LECTORI CANDIDO S.

Cum sequentes pagellæ alias vacuæ in tuas manus peruenturæ essent, placuit huc adscribere verba V. C. L. D. Da. Chrytræi quibus ille varia eaq; non raro iniquissima iudicia Criticorum hoc nasutissimo seculo de aliorum scriptis editis censuram liberrimè agentium, graphicè admodum & viuis (quod aiunt) coloribus depingit. Quod ipsum vt bonam in partem accipias, peramanter à te peto. Vale.

Tam varia sunt palata mortalium, tam morosa quorundam ingenia, tam ingrati animi, tam absurda iudicia, vt cum his haud paulò felicius agi videatur, qui iucundi atq; hilares, genio indulgēt suo, quam qui semet macerant curis, vt edant aliquid, quod aliis, aut fastidientibus, aut ingratis, vel utilitati possit esse, vel voluptati. Plurimi literas nesciunt, multi contemnunt. Barbarus vt durum reicit, quicquid non est planè Barbarum. Scioli aspernantur vt triuiiale, quicquid absoletis verbis non scatet. Quibusdam solum placent vetera,
ple-

PRAEFATIO.

plerisq; tantū sua, adeò mobiles alii, sunt vt aliud sedentes probent, aliud stantes. Hi in aulis & tabernis sedentes inter pocula de scriptorū iudicant ingeniis, magnaq; cū autoritate condemnant, vtcunque lubitum est, suis quemq; scriptis, veluti capillitio vellicant, ipsi interim tuti, & quod dici solet, *ἔξω βέλτες*: quippe tam leues & abradi vndiq;, vt ne pilū habeant boni viri quo possint apprehendi. Sunt praeterea quidam tam ingrati, vt cum impensè delectentur opere; nihilo tamen minus oderint autorem, non ab similes inhumanis hospitibus, qui cū opiparo conuiuio prolixè sint accepti, saturi demum discedunt domum, nullis habitis gratiis, vel maledicentes etiā ei, à quo sunt inuitati. I nunc & hominibus tam delicati palati, tam varii gustus, animi praeterea tam memoris & grati tuis impensis epulum instrue: vel tantis laborib. curis & vigiliis, librū quo se oblectent, ede: &c.

LIBER



LIBER SECVN-
DVS.

CONTINENS DESCRI-
ptionem Templi Parochi-
alis, eiusq; Epita-
phia.

Descripturus hoc in
libro Epitaphia illa,
quæ in templo Parochi-
ali tam latina quam
Germanica passim le-
guntur, pauca prius de ipso Templo
eiusq; ornamentis præcipuis dicam.

Situm est Templum Parochiale,
quod, pro superstitione superiorum
temporum consuetudine, Mariæ ma-
tri Christi dedicatum est, ferè in me-
dio vrbis, inter duos ciuitatem perlu-
entes

A

entes

entes riuulos seu torrentes, quorum à celeritate alter, alter à fordibus seu excrementis, quæ egerit, nomen inuenit. Cæterum quo tempore quo vè anno primum condi cæperit hoc Tēplum, non satis constat, sed ipsa ædificii structura argumento est, non vno eodemq; tempore omnes illius partes exædificatas esse.

Additæ sunt Templo occidentem versus duæ prægrandes & altæ turres, non quidem in pyramides fastigiatæ, sed in globos octogonos, qui laminis cupreis obducti sunt, desinentes. Hi globi seu cuprea epistylia inaurata anno 1556. die 25. Septembris turribus imposita sunt, cùm ante decennium propter obsidionem, quæ metuebatur ab Imp. Carolo, pyramidalia turrium fastigia amota fuissent: eorumq; alteri, quod ad Albim Spectat, ex consilio quorundam honestorum ciuium, aliquot Saxonix Ducum historiæ, in membrana scriptæ & in p
xide

xide custoditæ, vna cum commemoratione repurgatæ his postremis temporibus doctrinæ cælestis, autore Ph: Melanthonē inclusæ sunt.

Habet autem & aliam turriculam versus orientem, in qua campanula est, qua signum datur, cum pueris manè in scholam, & ministris Ecclesiæ, ad conferendum infantibus Sacramentum baptismi, in Templum veniendum est.

Intrinfecus Templum nouem suffulcitur pilis seu columnis lateritiis, quarum sex meridiem spectantes primum: tres verò aquiloni oppositæ secundum ordinem constituunt, omnes picturis Epitaphiisq; ornatae.

De pergulis seu choris Templi, itemq; Subfelliis.

Quinq; Templum hoc habet choros (vt vulgò appellamus) seu pergulas.

Quarum vna destinata est personis illustribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, ad audiendas sacras conciones Templum ingredientibus.

Altera dicata est Studiosis, tantæ illa amplitudinis capacitatisq; vt sexcentas vel plures etiam personas capere facile possit.

Tertiam, quæ olim Scholasticorum erat, tenent nunc consules & Senatores, penes quos Reip. gubernatio est, extractis ibidem subselliis mirè elegantibus & decoris.

Inquarta, quæ anno 1597. supra eam, quæ meridiem respicit, tota de nouo extracta est, consistunt Cantor & Scholastici, qui cantiones sacras cum latinis tum vernaculas, cum sacra peraguntur, pro veteri more concinunt.

Quinta itidem noua pro Studiosis, quorum hîc, Dei beneficio, inde vsq; ab initio reformatæ religionis, maxima semper frequentia fuit, extracta est.

Ad-

Adhæc in superficie seu pavimento Templi Doctores & Professores Academiae, itemq; Senatus oppidanus, & ciues quiq; honoratiores, eorumq; coniuges sua habent peculiaria subsellia, quæ, quoties ad sacra conveniunt, decorè ingrediuntur. Spacia verò intermedia à tenuioris fortunæ viris & mulieribus, pueris, puellis occupantur.

De baptisterio.

Baptisterium totum ex optimo ære fustum est, figurisq; elegantibus ornatum, & cancellis ferreis circumdatum. Eius operculo sic inscriptum legitur. Ein frey offener Born wieder die Sünde vnd vneinigkeit Zach. XIII.

De organo Musico.

Organum Musicum, quo singulis diebus Dominicis canitur, Quadagesimis exceptis, valdè elegans est & artificiosum: eiq; sequens Epigramma adscriptum.

*Sacra Iouis numerisq; animat Iesseius heros,
 Cuius ad exemplum nunc quoq; templa sonant.
 Promptius arcanos animi vox blanda recessus
 Intrat & ignota discutit arte situm:
 Atq; vias laxat diuinæ motibus auræ:
 Vatis vt Elisæ nos pia gesta docent.
 Nec res digna sacro magis est quam Musica cultu,
 Ergo sit illecebris hanc temerare nefas:
 Ast operâ aut opibus quicunq; hanc adiuuat artem,
 Grata dat his homini munera, grata, Deo.
 Talis Esaiæ celebranda industria Becci:
 Plenius hoc præsens qui dedit autor opus.*

*Ibidem sub eminentiis sequens
 dictum Psal: 150.*

*Laudate Deum in chordis & organo,
 Laudate eum in cymbalis bene sonantibus,
 Laudate eum in cymbalis Iubilationis,
 Omnis Spiritus laudet Dominum Halle-
 lia.*

De Suggestis.

*Duo in hoc Templo extructa sunt
 suggesta, è quorum boreali quatuor,
 è meridionali verò, quod imaginibus
 quatuor Euangelistarum & quinq;
 Che-*

Cherubin, auroq; & argento plurimo egregie exornatum est, tribus in hebdomada diebus conciones ad plebem habentur.

De Altari.

Altare, quod hoc in Templo visitur, eo ipso die erectum perhibetur, quo laudatissimus princeps Iohannes Fridericus Dux Saxonie Elector, ab Imp. Carolo V. ad Mulbergam acie victus, in captiuitatem venit. Est autem & excelsum valde, & multis artificiosissime pictis Historiis Biblicis ornatum, duabusq; clauditur alis seu valuis.

Infra tabulam Altaris ad dextram picti sunt viri mulieresq; velut concionem audientes in aedefacia: In medio Christus cruci affixus: ad sinistram Lutherus stans in Suggesto, digitumq; intendens in Christum, qui pro nobis victima & propitiator factus est.

Bis autem hæc LVTHERI EFFI-

A 4

GIES

LIBER SECVNDVS.

GIES pugione percussa cernitur, primum in collo supra humerum sinistrum, deinde iuxta vmbilicum: idq; hac factum est occasione.

Cum Imp. Carolus V. post factam oppidi deditioem anno 1547. arcem & Templum arci contiguum inspexisset & collustrasset, etiam ad ædem Parochialem spectandi gratia equitavit. Veniens in Cæmeterium, cum fortè imaginem Christi crucifixi in muro Templi pictam vidisset: conuersus ad suos, Lutherani (inquit) nullas in Templis aut Cæmeteriis ferre dicuntur imagines aut statuas. Hic autem contrarium reperimus. Quare iubet Templum aperiri. Verum quia aberat Aedituus, neq; tam citò inueniebatur, Templo non inspecto præterit. Tandè veniens Aedituus, cum valuas Templi reserasset, Hispanus quidam è satellitio Cæsaris Templum ingreditur. Hic tabulâ aræ diligenter & curiosè inspecta, cum fortè quæsiuisset,

uisset, cuius illa effigies esset, qui velut pro concione docens in Suggesto, pictus cerneretur, respondereturq; esse Lutheri: statim euaginato gladio primum quidem veluti collum petens in sinistro humero, deinde quasi cor feriens, non procul ab umbilico pictæ Lutheri imagini vulnus infligit, additis (vt ferunt) his verbis: Isthæc bestia adhuc mortua sæuit. Et sic discessit.

Ex quo factò satis apparet, quanto odio doctrinæ Euangelicæ flagrent Pontificii, cum ne quidem imaginem Lutheri (quem Deus ad illustrandam doctrinam Euangelii, densissimis antea tenebris oppressam, immensa bonitate his postremis temporibus excitauit) siue pictam siue sculptam ferre aut aspicere sustineant, sed velut rabidi canes etiam in mortuū sæuiant. Sed ad propositum reuertor.

In dextra igitur aræ ala, exteriori parte, picta est immolatio Isaaci: interiore verò, administratio Baptismi, v-



bi Ph. Melanthon velut baptizans ad
vium expressus est, in habitu pasto-
rali coloris cinericei.

Sinistra ala foris quidem habet
historiam Moyfi erigentis in deserto
serpentem æneum. Intus verò ritum
Absolutionis priuatæ, vsitatum in
nostris Ecclesiis, ita vt D. Ioh. Bugen-
hagius Pomeranus velut in sella se-
dens audiat confitentes, & aliis qui-
dem resipiscentibus peccata remit-
tat, alios vero non agentes pænitenti-
am ex Templo eiiciat.

In medio tabulæ Christus postre-
mam cænam celebrat cum discipulis.
Porro in figuram corporis Christi
Domini & Seruatoris nostri sequen-
tes versus scripsit P. Eberus S S. The-
ologiæ Doctor, Professor & Pastor
VVitebergensis.

*Siue hanc siue aliam referebas ore figuram,
Gnate Dei, ex pura virgine natus homo.
Certè hominis tibi forma fuit speciosa decori,
Cui gratum adflavit læta iuuenta decus.*

Corpus

Corpus & haud dubie validum, toleransq; laborum,
 Quodq; famem potuit ferre sitimq; diu.
 Hoc loca testantur multa & distantia longè,
 Quæ cursu assiduo sunt peragrata tibi.
 Inq; preces vigiles in tot certamina summum
 Robur erat, quod non frangeret vllus agon.
 Hei pietas hei quanta tua est? quam pignus amoris
 Ingens erga hominum, Christe benigne, genus?
 Quod fragili de carne hominum istos induis artus.
 Et morti horrendæ debita membra subis.
 Ut nostram carnem, pollutam sordibus, ipse
 Contactu, emundes restituasq; tuo.
 Nam peritura fuit prorsus nihilumq; futura,
 Hæc assumpta semel ni tibi massa foret.
 Quod sumus ergo sumus TE nos gestante, tuisq;
 Pendentibus humeris vile leuamur onus.
 Hanc o Gnate Dei miseram ne desere massam,
 Ne fiat stygio præda, perita lupo.
 Sed placideq; fove, firmoq; amplectere nexu,
 Perpetuo vt simus sarcina grata tibi.
 A parte aræ huius posteriori Chri-
 stus è sepulchro pingitur resurgens, &
 caput serpentis antiqui, mortis & Di-
 aboli suis pedibus conculcans adscri-
 ptis ad latus sepulchri his verbis.

Mir

Mir ist gegeben alle gewalt im
Himmel vnd Erden / darumb gehet
hin vnd Lehret alle Völcker vnd
Teuffet sie im Namen des Vaters
vnd des Sohns vnd des Heiligen
Geistes / vnd Lehret sie halten alles
was ich euch befohlen habe. Vnd
sihe ich bin bey euch alle Tage bis an
der Welt Ende Matth. 28.

Infra sepulchrum ad dextram pi-
eta cernitur resurrectio mortuorum,
ad sinistram, barathrum inferni ore hi-
ante deglutientis Sacrificos, Mona-
chos, meretrices, aliasq; eius generis
pestes.

Supra Aram erectum est simula-
chrum Crucifixi ligneum mediocris
magnitudinis. Nos sequens hexasti-
chon, quod R. Iohannes Mencius fra-
ter noster dilectus imagini Christi filii
Dei crucifixi aliquoties subscripsit,
in

in vtriusque recordationem adiecimus.

*Hæc est peccatiq; tui tristisq; ruina
Atq; eadem vitæ testis imago tuæ.*

*Sic ego te propter, sic sum laceratus, vt isto
Vlcera vestra meo sana Cruore forent.*

*Morte mea viuis, sanatus sanguine nostro:
Heu mihi quam paucos munera tanta mouent?*

Et de his quidem hæctenus. Nunc ad ipsa Epitaphia accedamus.

EPI T A P H I A Templi Parochialis.

I.

Vdalrici Erbar Academiae Rectoris
duodecimi, à Nobili Franco trucidati.

*Quæ me cum multis genuit pia mater alumnis
Hæc mihi nupta fuit, hæc mihi nata fuit.*

*Hæc peperit patri natam per vulnera mortem
Qui tulerat moriens nocte mucrone foro.*

*En hic Vdalricus, si nescis, Rector, & idem
Philosophus, Medicus, Condor in hoc tumulo:*

o

ὁ τάφος οὐδ' ἀλγικὸν ἔχει ἀρχηγὸν ἰατρὸν,
οὗτος κηδενόματ' ἔραυματος ὀμιαυτῶ:

*Hic lapis Vdalvicon habet Medicumq; Monarcham
Conditur is duro vulnere discipuli:*

Laminæ æneæ, in muro chori orientali ad sinistram Altaris, hoc Epitaphium insculptum legitur. effigies autem defuncti in Saxo, quod corpori impositum est, cernitur: appositis supra caput duobus sceptris magistratum Academicum designantibus, ad pedes verò defuncti insignibus.

Philosophiæ & Medicinæ Doctor fuit: & cum anno Christi 1512. Rectoris officio in hac Academia fungeretur, à Nobili quodam è diæcesi Herbipolensi cruce ferrea (mit einē Creuzbeil) à tergo capiti impacta, occisus est. Historia in Matricula (quam vocant) Academiae his verbis extat descripta, quam placuit subiicere.

An. incarnationis Domi. duodecimo supra millesimū, quingētesimū, sub Rectoratu clari & egregii viri Domini
Vdal-

Vdalrici Erbar, artium & Medicinæ
 Doctoris eximii & ordinarii, in hac
 Academia intitulati sunt Studiosi cē-
 tum & vnus. Ex his Balthasar Farbi
 de Gleichender, VVissensis è diœcesi
 Herbipolensi, & hic in mense Maio in
 Matriculam relatus, & deinde ob sua
 facinora, die Iouis, nona Septembris
 ad paternos lares remissus, iuxta de-
 cretum Dominorum ciuitate exiuit,
 non reuersurus in biennio. Verum,
 quo spiritu ductus nescimus, die Do-
 minica, quæ erat tertia Octobris, serò
 clam reuersus, & paratis insidiis, eun-
 dem Rectorem de cæna euntem, cui
 prius iurauerat, cruce ferrea à tergo
 petiit, lædens ictu caput eius, vnde die
 Lunæ, vndecima eiusdem mensis O-
 ctobris obiit. Tandem præfatus Bal-
 thasar deprehensus propter huiusmo-
 di sua demerita publicè in foro capite
 punitus fuit: cuius vtriusq; anima in
 Christi Dei opt. Max. pace requies-
 cat.

II.

Martini Pollichij Mellerstadij
Franci Academiae VVite-
bergenfis primi Re-
ctoris.

Anno 1514. requiescat in pace.

*Hic iacet extinctus proh Mellerstadius ille
Martinus Pollich gloria magna virum.
Philosophus, Vates, Medicusq; Theologus ille,
Proh iacet hic nostrae duxq; parensq; scholae.
Quiq; reformator Vicecancellarius omnes
Sustinuit casus: Spiritus astra subit.*

Hoc Epitaphium orichalceum seu
æneum itidem muro inditum vide-
mus orientali. Effigies monumento
Saxeo, quo corpus tectum est, incisa
conspicitur, adscriptis circumquaq;
sequentibus verbis.

*An: à nat: Domini M. D. XIII. VI.
KL. Ian: Præstant: Dn: Martinus Polli-
chius Mellerstadius artium Philosophiæ Medi-
carumq; Doctor, sacrae Theologiæ Magister,
Huius*

Huius Gymnasii Rector primus &c.
parens Di. ext. clausit.

III.

Iohan. de Osten.

Musis quæ imaginibus quæ clarus patrijs,

Ecclesiæ quæ deuotus Caminiæ

Iohannes de Osten. Eques Pomeraniæ

Florem Deo iuuentæ perijt consecrans :

Valere dic viator manibus pium.

Obijt pridie Eid. Ianuar. anno

M. D. X V I I I I.

Bene merenti posuit Alexand.

de Osten. Frater.

Pro more veteri Epitaphium hoc
clypeo ligneo in argentato, cui insi-
gnia gentilitia adpicta sunt, exorna-
tur, & in secunda australium pila su-
spensum est.

IIII.

Alexandri Spiegelij.

Ⓐ

Nach

Nach Christi Geburt 1519 Jahr
am Tage des heiligen Warleich-
nams / ist ertruncken hie in der El-
ben Alexander Spiegel ein Stu-
dent / dem Gott gnade / mit allen
Christgleubigen Seelen / Amen.

Lignea tabula continet Epita-
phium scriptum. In superficie tabulæ
Nobilium à Spiegel depicta insignia,
& in altera Septent. columna suspen-
sa sunt.

V.

Iohannis Rhagii Aesticampiani
Lufani Poetæ Laureati &
Doctõris Theol. Epitaphium.

L Aurea Germani viridans tibi Cæsaris vna est,
Altera Romulei munere pontificis:
Tertia sacrificâ plexa est de Numinis ara
Cingunt doctricanas Laurea ferta comas.
Rhetorice, Sophiam, vatum monumenta professus
Annis viginti plusve minusve tribus.
Danubius, Rhenus, testatur et Odera, et Albis
Spiraj, cum doctâ Sequana Gallus aqua.

Iam

Iam sexagenos complēsti viuidus annos
 Nec scis quo loculo, quave cubabit humo.
 Sic tibi non census, fastus possessio, fraudes
 Sed pax, libertas, gratia, charta fuit.
 Extra fortunam est carmen, quo lamina corpus
 Signat vbi positum quave tegatur humo.
 Vt si quem tanget pietas, miseratio, casus,
 Ingemat & fati sit memor ille sui.

Desiit viuere pridie Kal. Iun. anno
 dom. M. D. XX.

Hoc Epitaphium laminæ æneæ
 inscriptum muro Orientali ad fini-
 stram Altaris inclusum est.

VI.

Casparis Lindemani D. Med.

Venit hora & nunc est quando mor-
 tui audient vocem filij Dei & qui au-
 dierint viuent, Iob. 5.

D. O. M.

Hic sita Lindemani sunt frigida Casparis ossa,
 Qui Medica clarus Doctor in arte fuit.
 Et quoniam insigni doctrinæ adiunxerat vsum,
 Saxonici Medicum contigit esse ducis.

B 2

Tantum.

Tantum ipsi peperere decus moresq₃ fidesq₃
 Egregia quantum laudis ab arte tulit.
 Quare perpetuum tali ratione fauorem,
 Iudicio meruit Principis ille boni.
 Pectore non ficto Numen cœleste colebat,
 Te fontem Medicæ Christe professus opis,
 Ergo animæ ipsius concedas Maxime Christe,
 In gremio vt uiuat non moritura tuo.

Anno M. D. XXXVI. Mens.
 Septemb.

*Charissimo coniugi Margareta Thumme-
 lin Lipsensis coniux, & dulcissimo patri felij
 Laurentius & Fridericus F. C.*

Lamina, in qua continetur hoc
 Epitaphium, itidem est ænea, cuius
 vtrumquè latus duo Prophetarum si-
 mulachra claudunt. In saxi, quod
 corpus demortui tegit, marginibus
 circumquaque sequentia leguntur.

*Anno 1536. mense Septembri die sexta,
 exemptus est rebus humanis Caspar Lindeman
 Medicinæ Doct̃or.*

In

In medio lapidis hæc:

DOCTOR CASPAR LIN-
DEMAN.

*His subiecta sunt insignia gene-
tilitia.*

VII.

Christophori Breidenbachij.

Hoc sita Christophori, tenui sunt ossa sepulchro.
Qui genus à magnis nobile traxit auis.

Nam fuit è veteri Mysorum sanguine natus,

Qui Breitenbachi nomine clarus erat.

Tristia terribili quo tempore bella tumultu

Mouerat Albiacis Mars violentus agris.

Florida Christophori, fugiens hæc bella iuuentus,

Ex hoc decessit carcere, ad astra Dei.

Dum vixit studiosus erat pietatis amator,

Instructus vera cognitione Dei.

Virtutem coluit, Musas dilexit; honestus

Moribus ornauit stemmata clara bonis.

Quare nunc fruitur vitæ cælestis honore,

Et capit in Christi gaudia vera situ.

Decessit anno 1546 die

12 Octobris.

B 3

Epi-

Epitaphium hoc positum est supra Professorum Philosophiæ subsellium, in muro septentrionali, ad ianuam maiorem.

Tabula cuius extremitates aureæ sunt, habet simulachrum Christi pendentis in cruce, eiusq; ad pedes agnū cum Iohanne Baptista, & insignibus defuncti, Christum præterea mortem pedibus conculcantem.

VIII.

Laurentij Zoch V. I. D.

Proximus hic tumulus Laurentij continet ossa
 Qui veteri Zocha stirpe creatus erat.

Iuris erat Doctor, nec tantum curia vocem,

Ipsius & solita est tota probare fidem.

Verum etiam casti mores & iusta voluntas

Ipsius & pietas, vera probata Deo est.

Luxerunt ipsum nati, coniunxq; socerq;

Qui iuris nostro tempore lumen erat.

Qui cognomen habet Schurffi, quod laude perenni

Ornat doctrinæ iusticiæq; suæ.

Decessit anno M. D. XLVII. die

XXVII. Mensis Februarij.

Inau-

In auratae laminae aeneae, quae quartae australiū pilae affixa est, hoc Epitaphium nigris characteribus inscriptū visitur. Huic laminae subiectus est rursus orbiculus materiae eiusdem, in quo defuncti insignia incisa sunt. In circumferentia verò aureis literis ita scriptū:
Laurentius Zoch: Doct̃or 1547.

IX.

Gregorij Matthæi, vnd Brigitta seiner Hausfrauen.

Nach der geburt vnser̃s Erlö-
 sers Jesu Christi im 1547.
 Jahr am 13. Tage des Monats Junij
 ist in Gott Seliglich entschlaf-
 fen der Erbar vnd wohlweise Gre-
 gorius Matthæus Bürgermeister zu
 Wittenberg.

Vnd im Jar nach der geburt Je-
 su Christi 1554. am 23. Tag Aprilis

B 4

ist

ist in Gott seliglich entschlaffen die
 Erbar vnd Thugentsame Frau
 Brigitta eine Eheliche Hausfrau
 Gregorij Matthesen Bürgermei-
 sters / welcher beyden Seelen vnd
 vns allen Gott ein fröliche Auff-
 erstehung wolte gnediglichen verlei-
 hen / Amen.

In hac tabula, quæ in tertia pila
 meridionali, eminentiis aureis & la-
 psu Adami atque Euæ in Paradiso,
 Mose item cum duabus tabulis Deca-
 logi, conceptione Mariæ virginis, &
 Christo in cruce, apposito sepulchro
 ac modo quo serpentis caput conterit
 expresso, politissimè ornata est, Gre-
 gorius Matthæus cum coniuge & li-
 beris depictus est, subiectis sequenti-
 bus dictis.

Es wird offenbart Gottes Zorn
 vom Himmel vber aller Menschen
 Gottlos

Gottloß Wesen vnd Vnrecht /
Rom. 1.

Sie sind allzumal Sünder / vnd
mangeln / daß sie sich Gottes nicht
rühmen mügen / Rom. 3

Die Sünde ist des Todes Spieß /
aber dz Gesetz ist der Sünde Krafft /
1. Cor. 15.

Das Gesetz richtet Zorn an /
Rom. 4.

Durchs Gesetz kümpt erkentniß
der Sünde. Rom. 3.

Das Gesetz vnd alle Propheten
gehen biß auff Johannes zeit /
Matth. 11.

Der Gerechte lebet seines Glau-
bens / Rom. 1.

Wir halten daß der Mensch
gerecht werde durch den Glauben
ohne des Gesetzes Werck / Rom. 3.

B v Sihe

Sihe das ist Gottes Lamb / das
der Welt Sünde tregt / Joh. 1.

In der Heiligung des Geistes
zum Gehorsam und besprengung
des Bluts Jesu Christi / 1. Pet. 1.

Der Todt ist verschlungen im
Sieg / Tod wo ist dein Spieß / Hel-
le wo ist dein Sieg / Gott aber sey
dancck / der uns den Sieg giebt /
durch Jesum Christum unsern
Herrn / 1. Corinth. 15.

X.

Casparis Crucigeri Th. D. &
Concionatoris in templo
arci contiguo.

1548. 16. Nouembris Caspar Cruciger
Theologiae Doctor, magna ingenij praestantia
ornatus, linguarum. Mathematicum, & uni-
uerse Philosophiae cognitione instructus ex
hac mortali vita pie decessit aetatis suae 45.
Epita-

Epitaphium hoc lapidi sepulchrali incisum visitur in chori parte meridionali. Lapidi insculptus est puer IESVS dextra crucem tenens, pedibus verò serpentem conculcans.

XI.

Christophori Schrammii.

ANno 1549. den 11. Maii ist in **ASSE** zu Leipzig seliglich entschlaffen der Eibar Christoff Schram der Elter/Nachtsverwanter vnd Buchhändler alhier zu Wittenberg/ dem Gott Gnade.

Item folgende Vers.

Felices animæ, vitæ cum fine sub ipso,

In Christi claudunt fata suprema fide.

Schrammius has inter cœlesti sede receptus,

Christophorus, fidei præmia digna capit.

Consilijs ciues rexit, iuuatq; senatum,

Iusticia, ingenio, viribus, arte fide.

Hanc sedem cinerum seruans: de stirpe relicta,

Hæredes regni collige Christe tui.

In

In secunda pila septentrionali legitur aureis literis, in parua quidem sed perquam artificiosa ex candidissimo alabastro tabella, cui insculpta est Historia Christi orantis in monte oliueti. Supra verò sua & coniugis insignia in orbiculis picta cernuntur.

XII.

Elisabethæ Rothiæ.

*Elisabethæ Sebastiani Rothij filia
coniugi dilectissimæ Christo-
phor. Arnd. I.V. Doctor.*

DD.

Hanc quisquis cernis picturam huc dirige vultum.
Atque meas breuiter perlege quæso vices.
Lipsia nascenti vitalem præbuit auram,
Cum primum cæpi hac edita luce frui
Me Rothius genitor multis virtutibus auctus,
Quique Machaonia clarus in arte fuit.
Christophoro hac ipsa ingenio qui floret in vrbe
Et legum fontes non sine laude docet,
Connubio iunxit dulci, ex quo filius ortus
Qui mihi curarum dulce leuamen erat.

Sed

*Sed Deus ex hac me terrena sede vocavit,
 Nondum vt erant vitæ bis duo lustra meæ
 Hic mihi dilectus struxit monumenta maritus
 Gaudet at æterno mens mea læta Deo.*

*Obijt anno 1555. die 25. Decembris,
 in festo natalis Christi manè
 hora 7.*

In choro muro meridionali affixum est, habetquè tabula picturam D. N. I. C. pendentis in cruce, itemq; Iohannem Euangelistam & duas alias fæminas. XIII.

Iohannis Forsteri Th. D. &
 Concionatoris in templo
 Academiae.

Iohannes Forsterus S. Theol. Doctor & Ebraicæ linguæ Professor in Academia VVitebergensi in Christi inuocatione placidè mortuus est Anno 1556. 8. Decembris.

Monumentum ante Chori ingressum ad tertiam pilam australem ei positum est. Sed quia inscriptio admodum contri-

contrita & corrupta liquidò satis cognosci nequit, ideo fragmèta saltem, qualia hodie extent, subiiciemus.

*Vivus salui pars
Et celebris sacra Doctor
Quisq; Palestinæ docuit
Forsterus sancta vir pietate
Huc moriens corpus posuit sed sp.
Perpetua gaudens luc s rst t.*

XIV.

Iohannis Bugenhagij Th. D.

E*pitaphium Reuerendi viri Iohannis Bugenhagij Pomerani, Theologiae Doctoris, & Pastoris Ecclesiae VVitebergensis, mortui Anno Domini M. D. LVIII. XX. Aprillis. aetatis verò suæ Anno LXXIII.*

*Ossa sub hoc tumulo Doctoris sunt pomerani
Condita, sed superas incolit vmbra domos.
Pastor in hoc templo multos perfidus in annos
Eximia pavit sedulitate gregem.
Bis duo lustra suo sol iam perfecit in orbe
OEtog; annorum præteriere dies.
Leucoream quando hanc peregrinus venit in urbem
Arx quæ nascentis Relligionis erat.*

At

At nunc grandæuus multo fractusq; labore
 Absoluit vitæ fata suprema suæ :
 Quando senex decies septem & tres vix erat annos
 Iamq; erat ingratum viuere, dulce mori.
 Debita si capiti est vnquam reuerentia cano
 Ille senex certe dignus honore fuit.
 Non sibi diuitias, sibi non quæsiuit honores,
 Propositum Chrisle, vt te celebraret erat.
 Ore styloq; tuum Chrisle illustrauit honorem,
 Detexit Sathane Pontificumq; dolos.
 Errorum tenebras quoq; te ductore fugauit
 E templis cultus restituitq; tuos.
 Magnaq; vt hoc fieret, subisse pericula vitæ
 Illum Saxonici littoris ora probat.
 Illud testa ur patriæ, Pomerania, tellus
 Dania idem meminit Rego beata suo :
 In qua Euangelij nascentis semina primum
 Non paruo sparsit sacra labore suo.
 Quanta animi integritas fuerit, probitasq; fidesq;
 Quantum doctrinæ, cum pietate, decus.
 Illius hoc semper post fata fatebitur ætas,
 Si quis ad huc candor posteritatis erit.
 Oderat ex animo causantes iurgia lites
 Et semper pacis mens studiosa fuit.
 Ingenij lux recta fuit, verumq; colebat
 Pectore in ipsius non m'ca fraudis erat.

*Iusticia nulli, nulli pietate secundus,
 Vitaq; non vlla labe notata fuit.
 Non læsit quenquam non obtreclabat amicis,
 Protulit ingenio scommata nulla suo.
 Non illum tenuit dominandi sæua cupido,
 Gloria nec, stultis quæ solet esse comes.
 Vir sapiens, grauis & doctus, castusq; piusq;
 In quo candoris laus celebranda fuit.
 Magnanimus primum Christo auxiliante, Lutherus
 Ausonij fregit vimq; dolumq; lupi.
 Contulit hic mox se Doct̃or Pomeranus, ad ipsum
 Ut citius cæptum proueretur opus.
 Lux Euangelij est terrarum sparsa per orbem,
 Sedulus vt doctos scripsit vterq; libros.
 Ceu David Ionathan fidum dilexit amicum,
 Sic fuit hos inter non simulatus amor.
 Sedibus æthereis viuunt nunc ambo recepti,
 Præmia quisq; suo & digna labore capit.*

Georgius Cracouius Doct̃or F. C.

Epitaphium hoc in muro orientali Aræ ad sinistram collocatum est. Tabula illustrata est pictura Christi suspicientis baptismum in Iordane: itemq; imagine D. Iohan. Bugenhagii Pom. vxoris & liberorum. Capiti tabu-

tabulæ cithara inaurata, qua pro figillo vsus est Bugenhagius, apposita est. Lapidem ibidem muro incluso figura eius incisa est, & marginibus incryptum:

Anno Domini M. D. LVIII. XX. die Aprilis, ætatis sue anno LXXIII. mortuus est Reuerendus vir Doctor Iohannes Bugenhagius Pomeranus, Pastor Ecclesiæ Vitebergensis annis XXXVIII.

XV.

Georgij Maioris filij.

Epitaphium Georgij Maioris, filij Reuerendi viri, Georgij Maioris Doctoris Theologiæ:

HAc requiescis humo post fata peracta Georgi
 Maior habens clari nomen vtrunq; patris.
 Præstantis pietate senis, sermone disertis,
 Exculti studijs ingenioq; grauis:
 Qui similis facie referens quem pectore, fratres
 Ipse tuos natu maximus inter eras.
 Quæ puer imbiberas doctrinæ semina Christi
 Non sine fruge tui cordis alebat ager,

C

Cum

Cum patre, cælesti cum flamine, numen adorans
 Æterno genitum de genitore λόγος.
 Te Mediatoris credebas propter honorem
 Et data cum precibus λύτρα, placere Deo :
 Per mediatorem vitæ tibi dona perennis
 Restitui nôras, non dubitante fide :
 Teq; regi sacro consolatore petebas,
 Rore salutifero qui pia corda rigat.
 Quin & doctus eras : puer utq; vocare solebas
 Mitibus ac studys tempora multa dare.
 Sic adolescenti tibi docta volumina Iuris
 Atq; fori leges discere cura fuit.
 Sic in iudicijs causisq; forensibus vsus
 Iam iuuenescens ceperat esse tui.
 Adde quod eloquio non es petulanter abusus,
 Turpibus os vanum prostituendo reis :
 Iusticiæ sed amans, veri q; tenax & honesti,
 Qua decet hâc miseris parte patronus eras.
 Ad reliquas laudes accedit & hoc decus, vnde
 Non minus egregiæ nomina laudis habes.
 Te viguit sine labe quod & sine lite marito
 Sanctus honor casti certa fidesq; thori.
 Fæminea vna quater fecit te prole parentem,
 Quæ tibi casta Dei contigit vxor ope.
 Quinq; sed ut vitæ tribus annis aucta fugacis
 Lustra peregisti, vita peracta fugit.

Vita

Vita peracta præces fugit, inter & optima verba,
Voce quibus celebras deficiente Deum.

Obrepit placido similis, tibi, morsq; sopori:

Nil animæ, corpus præter inane, iacet.

Spiritus æthereâ lætatur in arce superstes

Contuitu Christi colloquioq; fruens.

Decessit 8. Maij, Anno 1558.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Muro septentrionali adhæret iuxta maiorem ianuam. Tabula ornata est imagine Christi resurgentis, & serpentem pedibus conculcantis, itemq; effigie defuncti, vxoris, & quatuor filiarum, addito in frontispicio hoc dicto:

Ego sum resurrectio & vita.

XVI.

Georgii & Christophori Maiorum Epitaphium.

ANno 1558. die 8. Maij Georgio & Christophoro Anno sequente eodem die duobus fratribus, ex hac vita euocatis,

C 2

in his

in his cubiculis dormientibus filijs carissi:

Georgius Maior Theologiae Doctor

F. F.

Hæc sunt ò nati lætûs monumenta paterni

Quos anni spacio sustulit vna dies.

Spemq; senectutis carumq; leuamen ademit,

Et desiderium liquit inane mihi.

Sed leuo spe læctum certâ, mox affore tempus,

Lætior amplexus cum mihi vester erit.

Responsio.

Siste pater lacrymas, nec enim fors nostra dolenda est,

Frepti terris viuimus ante Deum.

Viuit enim noster deuictâ morte redemptor,

Qui tribuit vitæ gaudia vera pjs.

Felix hæc anima est morientia membra relinquens

Quæ Christum nouit non dubitante fide.

*Ego sum resurrectio & vita, qui
credit in me, etiamsi mortuus fuerit,*

Viuet.

*In Choro legitur ad primam Austr.
pilam, cupreæ laminæ deauratæ, cuius
longitudo tres vlnæ quadrantes non
excedit, nigris characteribus inscri-
ptum.*

XVII.

XVII.

Casparis Schiltelij.

VRbs iacet ad ripas Istri quæ limitis instar
Separat à Rhætis Norica rura iugis.

Hæc tibi nascenti tribuit cunabula Caspar

Qui de Schilteliâ nomina stirpe tenes.

Sed cum Leucorea Musis addiçtus in vrbe

Imbiberes artes cum pietate bonas :

Invidit patriæ tantum mors pallida lumen,

Et iuuenem terris abstulit ante diem.

Nam moreris lentâ consumptus viscera tabe

Vt rosa quæ succo deficiente cadit.

Sed veluti granum tritis quod creditur aruis

Cum putruit, verno sole resurgit humo :

Corpora sic terris, que nunc putredo resoluit,

E patulo tollent membra nouata solo.

Vita homini Christus, cui qui confidere nruit,

Ille vel in media viuere morte potest.

Hac spe, non alia, nato munimenta parentes

Hoc ipso posito constituere loco.

Obijt 24. Iulij Anno

M. D. LVIII.

Tabula Epitaphii lignea est, rube-
is inauratisq; eminentiis Historiam

C 3

refu-

refuscitati Lazari Bethaniensis includentibus pateritumq; insigni affabrè ornata: iuxtaq; minorem portam Tépli meridionalem ad dextram suspensa, ita vt occidentem respiciat.

XVIII.

Gregorij Baronis à Lambergk.

Epitaphium generoso Domino, Domino Gregorio, Baroni à Lambergk & Domino in Saüstein, Haugsdorff & Manpreis: scriptum à cognato Domino Henrico Domino à Starenperg & Domino in VVildperg:

Quem florere vides hodie, cras occidit ille,

Quid sumus ah miseri, puluis & vmbra sumus.

Puluis & vmbra sumus, metam properamus ad vnam

Qui bene desierit viuere, saluus erit.

Sic quoq; Gregorium lumen vitale reliquit,

Qui Lambergiaco sanguine natus erat.

Viuus ad ætheream migravit spiritus arcem,

Eius in hoc tumulto molliter ossa cubant.

Gregorius Baro à Lamperg
moriturus:

Dum te Christe sequor, cupiens tua dogmata rectè

Discere, & è puris fontibus illa peto,

Tu quoq; me sequeris, medioq; in flore iuuentæ,
 Apripis, vt doceas in meliore schola.
 Ergo lubens moriar, fiat tua sancta voluntas,
 Sim semper tecum perpetuoq; tuus.

Vitus VVinshemius senior.

Distichon in memoriam obitus:

EX ista vitæ secessi valle calendis
 Augusti saluus viuificante Deo,

Hie liegt begraben der Wohlge-
 borne Herr Herr Gregor. von Lam-
 pergk / Herr zum Saustein / Haugf-
 dorff vnd Manpreis etc: Welcher
 in Christo entschlaffen ist alhie den
 ersten Tag Augusti Anno 1558.

Hoc Epitaphium secundæ meri-
 dionalium pilæ affixum est. Tabula
 habet resurrectionem Christi, auro ar-
 gentoq; circumquaq; & armis gentili-
 tiis mire ornata. Lapidis iuxta eandem
 pilam in choro versus aquilonem se-
 pulchro imposito inscriptum.

§ 4

Hie

Hie liegt der Wolgeborne Herr/
Gregor. von Lamberg / Herr zum
Sausstein / Haugsdorff vnd Man-
preiß etc. begraben / welcher in Chri-
sto entschlaffen ist allhie zu Witten-
berg den ersten Augusti anno M. D.
LVIII.

XIX.

Annæ Camerariæ.

D I C. M E M. S.

Annæ Ioachimi Camerarij Papeberg : F.
femine spect. piet. & diligentie inge-
nio præstanti & omni matronali laude atq;
virtute muliebri ornate; quæ Anno eod. M. 4.
antè filiolo elato & die II. filia, vna filiola &
viro superstit : postquam acer. morborum
cruciatus animo constante pertulerat, perse-
uerans in precibus ardentissimis : & religio-
sissimis inuocatione filij Dei, seq. ipsam & ali-
os confirmans, salutaribus verbis ita felici fi-
ne clausit vitam in terris S. an. ætatis XXX.
conjugij X. Christi Iesu M. D. LVIII. XVI.
CL. Octo-

CL. Octobris in hac urbe VViteberg. quo venerat cum marito Esromo Rudingero Papeberg: accersito ad doctrinam Acad. publ. cui hic uxori carissime, deq. S. O. M. extra hoc templum sepulture in luctu ac merore gratus & memor H. M. P. C.

Beati Mortui Q. I. D. M.

Extat in Choro ad sinistram Altaris, marmoris politissimo insculptum, addita Historia resurrectionis Christi.

XX.

Christoff Jungewirts.

Anno 1559. den 18. Febr. ist in Gott seliglich vorscheiden der Ersam Christoff Jungewirt/ eines Erbarn vnd Wolweisen Raths Schencke/ dem Gott vnd vns allen / eine fröliche Auferstehung vorleibe.

Tabellæ lignæ ad secundam septentrionalium pilam inscriptum est,

C 5

addi-

additaq; defuncti effigies, itemq; filioli & coniugis suæ: nec non Historia Domini N. I. Christi inuitantis ad se puerulos, subiectis sequentibus dictis.

Lasset die Kindlein zu mir kommen / vnd wehret ihnen nicht / denn solcher ist das Reich Gottes. Wahrlich ich sage euch / wer nicht das Reich Gottes nimpt als ein Kind / der wirdt nicht hincin kommen. Luc. 18. Cap.

XXI.

Iohannis Krebsij.

*H*Oc monumentum carissimo suo filio Iohanni Krebs piè in Christo defuncto hic Witteberge, die 5. Februarij Anno M. D. LX. honesta & pia matrona Apollonia Krebsin, fieri curauit.

Epitaphium hoc in tabula lignea mediocris magnitudinis scriptum, primæ Sept. pilæ ad dextram suggesti mi-

si minoris affixum est, eminentiis deauratis eleganter ornatum. Habetq; tabula Historiam Christi disputantis in Templo cum Doctorib. anno duodecimo ætatis, & defuncti effigiem.

XXII.

Georgij Nimecij.

Anno 1561. den 22. Julij am Tage Mariæ Magdalena ist der Erbar vnd Wolweise Herr Georg Niemeck sonst Kelnner genant / Stadrichter alhier in Gott selig entschlaffen.

Ad secundam Sept. pilam caruleæ tabulæ literis deauratis inscriptum legitur. Continet autem tabula crucifixionem Christi inter duos latrones, itemq; sepulturam eiusdem, & Defunctum cum filiabus & coniuge
in ge-

in genua procumbentes, subiectis his
Rithmis :

Gott schuff Adam auß staub vnd Erd /
 Im Grab ich wider zu Aschen werd /
 Die Sünd mein irrdischen Leib aufflöst /
 Christus allein mein Seele tröst /
 Wie ein Glaser auß Asch vnd Sand /
 Ein helles Glas formirt zu hand :
 Also auß einer Asch vnd Kott /
 Ein neuen Leib macht vnser Gott
 Ein schönen Leib / rein / hell vnd klar
 Der mit Gott lebet immerdar.
 In Weißheit vnd Gerechtigkeit /
 In Freud vnd ewiger Herrlichkeit /
 Des danck ich Christo vnserm Gott /
 Der mirs verdient durch seinen Tod
 Den ich in seinem Fleisch wil ansehen /
 Wenn ich auß meinem Grab werd
 gehen /
 Kom bald mit grosser Macht Herr
 Christ /
 Dein Zukunfft mein Erlösung ist /
 Ist bin ich ein verachte Leich /
 Führe mich in deines Vaters Reich
 Nitler

Mitler zeit laß mich ruhen fein
 In deinem Schoß vnd Kämmerlein
 Ein frölich Vrstand mir verley
 Alln Gleubigen ihr Sünd verzeih.
 A M E N.

XXIII.

Casparis Nimecii.

A Nno Domini M. D. L. XII.
 Sonnabend nach aller Heili-
 gen / welcher war der siebende tag
 Nouembris / ist Caspar Nimeck ge-
 nandt Kelter / Bürger alhier zu
 Wittenbergk / seines alters im
 fünff vnd vierzigsten Jahr / in Gott
 vorschieden / dem wolle Gott der
 Allmechtige eine selige fröliche
 Auferstehung bescheren / Amen

Hoc vnum è maximis omniumq;
 elegantissimis Epitaphiis ad tertiam
 Sept. pilam suspensum est, duabus
 hinc

hinc inde columnis ligneis, auroq; & argento plurimo ornatum. In tabula picta est Natiuitas Christi, additis angelorum choris, quorum aliquibus quasi in aere volitantibus subscriptū, GLORIA DEO: aliquibus, IN TERRA PAX: aliquibus: HOMINIBVS BONA VOLVNTAS. Subtus verò tabulam effigies demortui, eiusq; coniugis picta est, subscriptis his dictis:

Micheas am V.

Vnd du Bethlehem Ephrata /
die du klein bist / vnter den Tausen-
ten in Juda / auß dir sol mir der
kommen / der in Israel HErr sey /
welches Ausgang von Anfang vnd
Ewig her gewesen ist.

Lucas am II. Cap.

Vnd der Engel sprach zu den
Hirten /

Hirten / Fürchtet euch nicht / Siehe
 ich verkündige euch grosse Freude
 die allem Volck widerfahren wirdt/
 denn euch ist heute der Heyland ge-
 born / welcher ist Christus der Herr
 in der Stadt David / vnd das habe
 zum zeichen / Ihr werdet finden
 das Kind in Windelein gewickelt /
 vnd in einer Krippen liegen / etc.

TETRASTICHON NVME-
 rale.

*Corporis exuitur vinclo Casparus, vt vndis
 Conditur Eons Baltheus ensiferi :
 Vxor in extinctum velut ante benigna maritum
 Vltima cum lacrymis hæc monumenta dedit.*

XXIIII.

M. Iohannis Sturionis
 Diaconi.

Epita

*Epitaphium Reuerendi & Clarissimi
viri, M. Iohannis Sturionis, fidelis
ministri Ecclesiae Viteber=
gensis.*

VRbe Variscorum natus, quæ Curia fertur,
Hic positus tenui Sturio dormit humo.
Ingenium, virtus, pietas, doctrina fidesq;
Spectata est vrbi Leucoreæq; scholæ.
Doctrinæ vocem sonuit bis quatuor annos
In templo sacras iussus obire vices.
Hic fidei ad normam scripturæ sensa referre,
Et rectè potuit verba secare Dei.
Nec pia libertas, quam poscit lingua docentis,
Facundisvè aberat lucidus ordo sonis.
Arte potens varia naturæq; abdita scrutans.
A Egrotis medicam sæpè ferebat opem.
Integritas candorq; animi studiumq; iuuandi
Nota fuere alijs : nota fuere suis.
Deniq; cum præses studiorum publicus esset,
Sublatum immiti funere Parca tulit.
Sed merita & pietas, quâ Christum hominesq; colebat,
Hunc terris faciunt & superesse polo :

Vxor & liberi F. F. M. D.

LXII.

In

In choro legitur, ea parte, qua fe-
xus fæmineus ad sacram fynaxin ac-
cessurus in genua procumbit, lapidi
sepulchrali incisum.

XXV.

Saræ Bugenhagiæ Cra-
couiæ.

Hic prope dilectum sum condita Sara parentem,
Qui Bugenhagij nomine clarus erat.

Exteriore loco templi mea sculpta figura est.

Additaq; ætatis tempora certa meæ.

Quæ fuerit vitæ ratio, quiq; exitus huius:

Hæc breuibus numeris significata lege.

Per tria Cracouio Doctori lustra marito

Fida thori consors iunctaq; costa fui.

Ingenio & sanctis præstabam moribus vxor,

Displicuit caro nec mea forma viro.

Quatuor ex illo peperit, Christo auspicio, natos,

Ter quoq; fæminea prole beata fui.

Septimus ille labor Lucinæ sustulit ægram

Claudentem in Christi fata suprema fide.

At me non ficto complexus amore maritus

Constituit luctus hæc monumenta sui.

D

Tu

*Tu quisquis transis vitæ non immemor huius
Dic, nihil est firmum, perpetuumq; nihil.*

Etiam hoc Epitaphium in Choro habetur, iuxta patris sui D. Pomera- ni monumentum, muro orientali af- fixum. In tabula pictus est I. N. R. I. pendens in cruce inter duos latrones, additis sua & mariti postremi (prius enim Gallo Marcello Mollero Eccle- siæ VVitebergensis Diacono nupta fuerat) itemq; liberorum imaginibus & insigniis.

XXVI.

Melchioris Fendij Med.
Doct.

Melchiori Fendio viro clarissimo, & Phi- losophiæ ac Medicinæ Doctori ac Professo- ri eximio: qui natus in urbe Imperiali Rhetie inferioris Norlinga: venit in hanc Acade- miam Anno Christi M. D. XIII. atq; in ea docendo & meditando gloriam immortalem consecutus vitam in terris finiit s. Idus No- uemb. An. salutis nostræ M. D. LXIII. com- pletis

pletis annis vita octo & septuaginta : socero
 carissimo Iohannes Hermannus Philosophia
 & Medicine Doctor & Professor, Gener in-
 gentium beneficiorum memor, quibus ab eo
 affectus est, hoc monumentum obseruantia
 erga benemeritum & gratitudinis suæ testifi-
 canda causa posuit Anno M. D. LXIX. pri-
 die Non. Maij.

Hoc Epitaphium ad tertiam me-
 rid. pilam erectum est. Habet autem,
 sicut & alia quædam, tres tabulas,
 columnis ligneis varii coloris trans-
 uersim distinctas.

In earum infima ipsum legitur E-
 pitaphium, scriptum literis aureis.

Media habet Historiam circum-
 cisionis Christi in Templo : cuius
 Templi structuram interiorem pilis
 & concameratione suffultam, tam ar-
 tificiosè Pictor in plano repræsenta-
 uit, vt omnes artis pictoriæ periti
 pro singulari habeant artificio. In
 persona Simeonis congratulantis

D 2

puero

puero Iesu eiusq; matri, ad viuum expressus est Doctor defunctus, & iuxta eum gener ipsius D. Iohannes Hermannus filiolum dextra ducens.

In suprema tabula picta est Annuntiatio Deiparæ virginis Mariæ.

XXVII.

Francisci Oldenhoritij.

HÆc tibi Gambriuia Ianus Mollerus in vrbe,
Dum tu Leucorea conditus vrbe iaces :

Hæc Francisce tuis monumenta parauimus vmbri
Legitimo soror est cui tua iuncta thoro.

Te clarum ingenio clari genuere parentes
Virtute, officijs, Relligione, fide.

Horum igitur cum tu virtutis semina haberes
Auxisti studijs mox tamen illa bonis :

Vtq; forent olim rebus communibus vsu,
Firmasti exemplis & patris & patriæ.

Nec tamen hæc summum statuebas esse saluti
Finem quo dici vita beata queat.

Vera tibi virtus sacris è fontibus hausta est,
Quæ credit verbis optime Christe tuis.

Ergo

Ergo erat hic longè donis maioribus auctus,
 Quam vel Aristidis, vel sacer esse Numa.
 Nam lux ipse patris λόγος hoc in pectore veram
 Virtutem accendit, noticiamq; Dei.

Ergo creatorem venerans & debitor huius
 Transegit castos, & sine labe dies.

Ac vt erat status sacri mens viuuda sedes:
 Sic rexit mores hic sine labe suos.

Hei mihi quæ spes est patriæ prærepta, quod illam
 Officijs poterat, req; iuuare sua.

Sed melior cælum patria est, vbi luce perenni
 Splendidus æterni conspicit ora Dei.

Corpus humi dormit, sociæ dum reddita massæ
 Mens sit perpetuis læta futura bonis.

Mortuus est Franciscus Oldenhorst Ham-
 burgensis Calendis Ianuarij Anno Chri-
 sti M. D. LXV. ætatis
 suæ XXI.

Ad quartam locatum est pilam
 meridionalem, viridibus alternatim
 inauratisq; eminentiis ornatum. Ad
 latera duas habet columnas ligne-
 as: & in plano Historiam resuscita-
 ti filii viduæ in Naim: itemq; effi-
 giem defuncti Ioachimi, & Henrici

Mollerorum Hamburg. D. Pauli Eberri & D. Georgii Maioris Theologorum VVitebergensium : insuper & pompam funebrem, qualis apud nos VVitebergæ vsitata est, hoc nimirum modo. Primum Scholastici præcedunt cum suis præceptoribus, Psalmos & alias contiones sacras Latinè aut Germanicè præcinentes. Scholasticos sequuntur Ecclesiæ Diaconi; hos ipsum funus. A funere proximi sunt agnati cognatiq; Defuncti, habitu lugubri. Hos comitatur reliqua ciuium studiosorumq; turba longo ordine. Tandem intermisso aliquo spacio sequitur agmen fæmineum, virgines scilicet & matronæ honoratiores, bini omnes incedentes.

XXVIII.

Iohannis Draconites D. TH.

Qui vatum in folijs Christum & velamine Mosis
 Quæsit, Isacijs fontibus ora lauans,
 Luce Draconites clarâ iam conspicit, ipsum
 Plenius, è viuo sacraq; fonte bibit.

Placi-

Placide in Christo obdormiuit Iohannes
 Draconites S. Theol. D. die XVIII.
 Aprilis Anno M. D. LXVI. E-
 gressus LXXII. ætatis annum.

In ingressu chori à parte meridionali monumento saxeo insculptum legitur, addita imagine pueruli Iesu conculcantis caput serpentis, & defuncti insigniis.

XXIX.

Canuti Schrammij.

*Epitaphium nobilissimi Adolescentis
 Canuti Schramij, Petri Schram-
 mij Equitis aurati filij*

Qui satus est celebri Canutus stirpe parentum
 Quâ Daniæ tractus Scandia nomen habet.

Hic lue continuæ febris consumptus, vt æui

Vix egressus erat bis duo lustra, iacet.

Huic pater in procerum conuentu & corpore regni

Præcipuo positus iura dat æqua loco,

Vtilis & belli rebus terraq; mariq;

Auratiq; Equitis nomina clara gerens.

Illustris regni columen, Splendorq; decusq; est.

A cuius pendent optima consilij.

Inq; mari summam rerum concredidit illi
 Rex Daniæ genitor, Rex Friderice tuus
 Præfectusq; tuæ classi, tibi sæpè probauit
 Virtutem, ingenium, fortia corda, fidem.
 At matrem pietas commendat, & ardor honesti,
 Et morum grauitas, & sine labe pudor.
 Hæc quoq; præcipuè Crabborum stirpe creata
 Condecorat morum nobilitate genus.
 Semnia virtutum ducens ab utroq; parente
 Augebat studijs filius illa bonis.
 Et Phyliræ ludum visit, quemq; alluit Albis,
 Nobilis ingenio, moribus, arte, fide.
 Iamq; noua intulerat Domui ornamenta paternæ,
 Et patriæ rebus spes noua factus erat,
 Cum mors atra tulit iuuenem, quem tempore nullo
 Passa foret Virtus, ingeniumq; mori.
 Nunc procul à patria iacet, aspectuq; parentum
 Cui cælum patria est, & pater ipse Deus.

Obijt die vltimo Iunij, Anno Christi
 M. D. LXVI. ætatis suæ XXI.

Canutus Schram Danus.

In chora secundæ pilæ adhæret,
 ortumq; respicit. Tabula permagna
 est, in qua pictum extremū iudiciū, au-
 ro argētoq; multū circūqua; ornata.
 Supra

Supra tabulam patris marrisq; defun-
cti adolescentis insignia picta sunt.
Infra eandem hoc legitur dictum:

*Mihi vita Christus est, & mors lu-
crum Phil. i.*

Humi verò in lapide sepulchri an-
te ingressum superioris Professorum
subsellii incisi sunt hi versus:

*Natus in illustri Danorum gente Canutus,
Corporis hic posuit frigida membra sui.
Petrus erat pater huic cognomine Schrammius, auro
Nobilium insigni condecoratus Eques.
Spiritus angelicis adiunctus cœtibus vna
Exultans grata voce Deum celebrat.
Quemq; fide coluit, Christum precibusq; vocavit,
Nunc coràm aspiciens audit & alloquitur.
Obijt die vlt. Iunij Anno 1566.
ætatis suæ 21.*

Canutus Schrammius Danus.

XXX.

Elisabethæ Palsmaninæ.

Elisabethæ Palsmaninæ Torgensi, spectata
fide & matronali virtute femine, que

D S

cum

cum marito huius Ecclesie ministro, in coniu-
gio pio vixit. Anno XIII. Relictis liberis
ternis, uno filiolo & filiolis duabus superstite:
postquã decies peperisset, undecimo partu fe-
tus trimestris extincta an. etatis XXXIII.
Iesu Christi M. D. LXVII. die XX. Iulij,
& in Domino mortua, atq; extra hoc oppidum
sepulta, M. Laurentius Dornhofer Noriber-
gensis maritus superstes coniugi cariss. in lu-
ctu & merore.

H. M. P. C.

CAra Dei requies Hæbræo nomine dicta
Helisabe dulci læta quiete fruor.
Torga solum natale mihi, VViteberga sepulchrum,
Munia sed templi sacra maritus obit.
Nomine Laurentem referens & pectore firmo,
Qui Decio templi ferre negabat opes.
Illi iuncta thoro, bis septem puriter annos
Iugum & concors vita duobus erat.
Pignoraq; in lucrum sexûs vtriusq; ferebam
Undecimi partus fracta labore fui.
Vt Baptista tuæ referentem nomina matris
Sic quoq; sum mores sic imitata fidem,

Ergo

*Ergo curarum requies, medicina dolorum,
Iam mihi mors facta est, tu pie Christe salus.*

Etiam hoc Epitaphium in Choro,
muro meridionali adhæret, tabulæ
mediocris magnitudinis, quæ con-
gressu B. Mariæ virginis & D. Elisa-
bethæ exornata est, inscriptum. Su-
pra tabulam in orbiculo mariti ima-
go habetur viuis coloribus delineata,
eminentiis aureis circumcurrenti-
bus.

XXXI.

Bartholomæi Vogelij

Epitaphium honesti & prudentis viri D.
Bartholomæi Vogelij Bibliopola & Senato-
ris Vitebergensis qui pie obiit Anno Christi
M. D. LXIX. 13. Aprilis qui erat dies Mercu-
rij post festum Paschatis.

*Hæc est effigies in imagine Bartholomæi,
Vogelij & charæ coniugis ac sobolis.
Patria VVolckstenium nascenti præbuit ortum;
Leucoream perijt mox puer inde scholam.
Impedijt cursum studiorum angusta facultas,
Mutato est factus Bibliopola statu.*

Primus

*Primus curauit summi monumenta Lutheri,
 Sumtibus excudi publica scripta suis.
 Margaris vxor erat prior, ex qua pignora septem
 Nata, statim rapuit mortis auara manus.
 Filia Doct̄oris Stelij fuit altera coniunx
 Barbara, quæ partu pignora quina dedit.
 Quindenos annos fuit hac grauis vrbe senator
 Tutatus leges, cumq; pudore fidem.
 At postquam tredecim viuendo lustra peregit,
 In Domino clausit fata suprema Deo.
 Hæc monumenta viro statuit fidissima coniunx,
 Vogeliazq; simul tota propago domus.*

Hæc tabula ad murum meridionalē locata est ferè in medio Templi, ita vt occidentem respiciat, habetq; visionem Ezechielis de ossibus rediuiuis, & imaginem defuncti, eiusq; vxoris & sobolis. Parte superiori in angulis tabulæ picta sunt sua & coniugis suæ insignia, & in medio simulachrum Christi triumphantis, subscripto hoc dicto:

Ezech. 37.

So spricht der HErr von diesen
 Gebei-

Gebeine: Sihe ich werde einen S-
dem in euch bringen / daß ihr sollet
lebendig werde. Ich wil euch Sdem
geben vnd Fleisch lassen vber euch
wachsen / vnd mit Haut vberzie-
hen / vnd wil euch Sdem geben / daß
ihr wieder lebendig werdet / vnd
solt erfahren daß ich der HERR
bin.

XXXII.

Matthiæ à Schulenburg.

EPITAPHIVM.

VEra nobilitate, pietate, omni virtute ge-
nere & eruditione prestantissimi, D.
Matthiæ à Schulenburg, Ioachimi in Locknitz
Lubenauu, Penkun, Liebroß, Zybezyn, Zauch
&c. Domini & castrum VVesterburg in Die-
cesi Halberstadiensi pignoris iure detinentis,
fily, Anno salutiferae natiuitatis Christi M. D.
LXIX. Die Augusti mensis 7. ad dimidium
quadrantem post sextam horam matutinam
cum

cum ardenti inuocatione filii Dei placidè defuncti :

*Matthia dilecte Deo (Nam nomen Ebraeis
Sic sonat) hic sacra conditus æde iaces,
Quem Schulnburgiacæ gentis florem inuida Parca
Heu præmaturo funere mersit humo,
Cum tua te virtus & corpore maior & annis
Euehere in cœlum laudibus inciperet :
Tantus amor superum, tanta obseruantia legum,
Et vitæ integritas, & sine labe fides :
Ac in iudicio candor, grauitasq; virilis,
Ac in fronte pudor, mente pudicitia.
In te non Virtutis erat simulatio & vmbra,
Namq; λογος rexit pectora iusta fide.
Ergo Deo dilectus erat : pietate paratur
Ante homines pariter gratia & ante Deum,
Si quid erant ceræ maiorum, opulentia, virtus,
Ingenium, probitas, gloria, forma, fides,
Ex his vnum aliquod debebat fata morari,
Cuncta tibi in summo quæ micuere gradu.
Nec sola hæc stabant, sed erant diuinitus aucta
Præsidys Sophiæ, notitiaq; Dei.
Omnis enim virtus, omnis sapientia mundi
Absq; Deo, quamuis magna, inimicia Deo est,
Vt pieras rexit vitam, sic finyt illam,
Vt prece cæpta fuit, sic prece clausa fuit.*

Felix.

*Felix morte tua es : namq; inter & oscula & vlnas
Christe tuas , summi conspicias ora patris.*

*Qui natum patri Ioachimo reddet , vt olim
Urbe Naim natum mæsta recepit anus.*

Hodie mihi, Cras tibi.

Omniū hoc pulcherrimum & sumptuosissimum est monumentum, quæ in hoc Templo reperiuntur, multorum Imperatorum, Regum & Principum monumentis non inferius. Nam ex marmore preciosissimo, alabastrite aliisq; lapidibus affabrè elaboratum & constructum est, ad tertiam meridionalium pilam versus ortum, à sinistra ingredientium per ianuam minorem.

Primū adolescentis defunctus toto corpore cataphractus è solido lapide effigiatus est, in tumba, quæ sarcophagi figuram habet, & tribus circiter à terra vlnis eleuata est, subiecto libro genibus incumbens.

Supra eius caput tabula erecta est
è pa-

è pario marmore, cui incisus Christus orans in horto, discipulis dormientibus.

Supra hanc rursus alia tabula conspicitur, columnulis transuersalibus discriminata, in qua picta imago Christi crucifixi.

Hanc supra statua est Christi resurgentis & triumphantis cum vexillo in manu: & de super picta ascensio Christi in coelum.

A lateribus monumenti duæ locatæ sunt columnæ è pario marmore, & 16. insignia, in sextam & decimam generationem demonstrantia defuncti nobilitatem. Eorum hæc sunt nomina. 1. à Schulenburg. 2. à Veltheim. 3. ab Aluenschleben. 4. à Bocke. 5. à Putlitz. 6. à Schulenburg. 7. à Rantzou. 8. à Bokel. 9. ab Estorp. 10. ab Aluensleben. 11. à Bulovv. 12. à Steinberg. 13. à Plefse 14. ab Assenburg. 15. à Reuentlovv. 16. à Spiegel. Hæc insignia suis quæq; coloribus exornata sunt,

sunt, & sic disposita vt eorum octo vnum, & totidem alterum Epitaphii latus claudant.

Infra tumbam, cui adolescens flexis genibus incumbit, literis aureis insculptum est Epitaphium supra positum.

Humi in lapide incisum legitur hoc sequens Epitaphium, piceis characteribus.

Matthias iacet hac magnus Schulnburgus in vrna
 Qui genus à veteri nobilitate trahit.

Ignis sacri flatus lucebat plurima virtus

Quam rexit Christi cognitione fides.

Mens recti veriq; tenax & amica sacrorum

Integra, labe carens, æqua, pudica, grauis.

Nobilis his donis viuens vt nobilis esset

Post mortem hic celebri conditus ipse loco est.

Iuxta hunc lapidem, ipsum demum est sepulchrum quod clauditur duabus valuis ligneis, sub quibus rursus alius est lapis, cui defunctus in forma equitis cataphracti iterum cum quatuor maiorum insignibus incisus est,

E

& ad

& ad caput defuncti insculptum :
 MATTHIAS VON DER SCHV-
 LENBORG.

Porro vt monumentum hoc à situ
 & squalore purum nitidumq; conser-
 uetur, defuncti pater Ioachimus cer-
 tos redditus annuos legauit Ecclesiæ
 VVitebergensis Ministris: Richardus
 autem frater AEdituo duos modios
 filiginis, qui Catapetasmatum, quæ
 Epitaphio obducuntur, & aliorum ad
 id pertinentium diligentem habeat
 rationem.

XXXIII.

Elisabethæ Schrammiæ.

Dicta Dei requies hic Elisabetha quiescit
 VVinsica ad Viadrum quæ fuit orta domo.
 Schrammius huic coniunx edi sacra scripta parauit,
 Dicitur ob id vero nomine Christophorus.
 Bis duo lustra sui viuens, post fata mariti,
 In viduo mansit relligiosa thoro.
 Infantum Medica assistens, vterumq; ferentum,
 Casta, gravis, prudens, sedula larga pia.

Coniu-

Coniugis ære fuit sedes hæc emptæ quietis :

Nunc vera Elisabe plena quiete Dei est.

Eamam igitur natis, desideriumq; reliquit,

Matronis, terræ membra, animamq; Deo.

M. D. LXIX.

Epitaphium hoc lapidi sepulchri incisum est, inter secundam & tertiam pilam Sept. à plateæ quam vocant Consulium ingredientibus Templum per ianuam maiorem.

XXXIV.

Pauli Eberi SS. TH. D.

Reuerehdus & Clarissimus vir Dominus Paulus Eberus, sacre Theologia Doctor & Professor, natus in vrbe Francie Kittinga honestis parentibus, Anno Christi millesimo quingentesimo, undecimo, die Nouembri octauo, infelici quodam casu equo excussus, & ab illo longe lateq; raptatus corporis decus, staturam ac robur amisit puer, anno Christi, millesimo quingentesimo, vigesimo quarto ætatis tredecimo; vidit anno sequenti tristē patrie calamitatē, ortam à seditiosissis tumultibus

E 2

ribus

ribus rusticorum, tota passim Germania com-
motorum postea Noriberge audito aliquandiu
viro clarissimo D. Ioachimo Camerario, &
iactis eruditionis solide fundamentis felicif-
simis, venit in hanc Academiam Anno Chri-
sti milles. quingentes. trices. secundo, etatis
vigesimo primo, ubi diligentia & assiduitate
summa audiuit annos quatuordecim Luthe-
rum & Philippum & ut erat ingenio & do-
ctrinarū auido & capaci, & ad summa omnia
facto, intra hoc tempus cognitis omnibus Phi-
losophiæ partibus, sic enitere atq; inclarescere
cepit, ut anno millesimo quingentesimo qua-
dragesimo quarto, in senatum Professorum
cooptaretur ac precipuam in docendo laudem
omnium testimonio demereretur.

Vidit & huius Academiae & oppidi calamita-
tes & liberationes An. Millesimo quingentes.
quadrages. septimo & obsidionem animo ex-
celso & magno pertulit. Anno verò millesimo
quingentesimo quinquagesimo octauo, propter
pietatem, doctrinam, prudentiam & fidem
excellenem, consentientibus Academiae & se-
natus oppidani suffragijs, ad gubernationem
Eccle-

Ecclesie in hoc oppido vocatus, & grauissimo iudicio Illustrissimi & inclyti Principis & Domini, Domini Augusti Saxonie Ducis & Septemviri munere illo iudicatus est dignissimus cui presuit vigilantia, sollicitudine & fide summa, & quidem inter manifesta & illustria presentie ac benedictionis diuine testimonia annos undecim, adhibitus Inspectioni Ecclesiarum in his regionibus, colloquijs item & Synodis Ecclesiasticis aliquot, in quibus precipue prudentia, virtus, pietas, fides, & integritas eius perpetua enituit, eumq; charum fecit principi, Academia, Ecclesie, & bonis ubiq; vniuersis. Anno autem M. D. L X I X. die Decembris X. etatis LVIII. fractus non tam atate, quam dolore, quem ex dissidijs Ecclesiasticis percipiebat acerbissimum, & domestica postremi illius anni sui calamitate, cum Paulo ante tria familie sue funera extulisset, in quibus & coniugis fuit H E L E N A E K V T N E R I N A E quam dilexit tenerrime in arden- ti Dei inuocatione placidissime discessit, prospiciens ac presagiens animo mutationes

*tristes, quæ non multò post in hac schola eue-
nerunt: Huic de quatuor denis liberis su-
perstites duo filij, & due nate, ut patri
suauissimo & charissimo gratitudinis ac pie-
tatis ergo monumentum hoc suo sumptu fieri
curarunt.*

Tabula hæc in Choro supra Sa-
crarii ianuam posita, continet artifi-
ciosissimè pictam vineam Domini,
in qua ad viuum expressi cernuntur,
ab vna quidem parte, Lutherus, Me-
lanthon, Bugenhagius, Crucigerus,
Forsterus, Maior, Eberus, Frosche-
lius, Crellius & alii eorum coopera-
rii, sedulò pro se quisq; laborantes
& excolentes vineam: ita quidem, vt
Forsterus & Melanthon aquam hau-
riant è puteo seu fonte: Lutherus li-
gone & rastello impedimenta remo-
ueat: Pomeranus & Crucigerus pa-
los defigant: Eberus palmites alli-
get: Maior vuas decerpat: Crel-
lius corbe easdem ad torcular depor-
tet etc.

Ab

Ab altera autem parte pingitur
cohors Pontificia miserè vineam be-
nè cultam vastans & euertens.

Foris ante vineam ab vna parte
D. Paulus Eberus cum sua familia: ab
altera Christus cum discipulis: & in
foribus Pontifex Rom. conspicitur
cum sua vncta rasaq; cohorte, a Chri-
sto duos denarios accipiens. Et pro
declaratione subscripti sunt sequen-
tes Rythmi:

Wundern magst dich O Leser mildt/
Was das sey für ein seltsam Bildt.
So stehen thut an dieser statt/
Vnd viel Gemeldes in sich hat/
So weiß vnd mercke fleissig drauff
Was deutung han die zwene hauff/
Der Berg die Christliche Kirch bedeut/
Darin sind böß vnd fromme Leut/
Auff einer seite Papisten sind
Ein Gottloß böß vnd frech Gesind/
Die reissen Gottes Weinberg ein/
So er gebawt durchs Worte sein/
Der Brunn des Lebens sie auch fülln

Durch ihre Werck Gottes Gnad zu
hellen.

Vorfinstern also Gottes Wort/
Das Leuchtet klar an allem ort/
Dagegen auff der ander seit/
Stehen viel tapffer Glerter Leut/
Mit ihren Instrumenten all/
So man in Weinberg haben soll.
Die reumen/ schneiden/ binden/ hawen/
Den Berg Gottes sie wider hawen/
Sie tilgen auß alle falsche Lehr/
Thun trewlich fordern Gottes Ehr/
Den Brunn des Lebens auch gar rein/
Sie wider thun außreumen fein/
Vnd machen wider offenbar
Gottes Gnad so vor verfinstert war.
Die rechte meinung D frommer Christ/
Dieses kunstreichen Bilds ist/
Drumb danck du Gott für seine Gnad/
Daß er sein Wort vns widr gben hat.

Porro ad caput istius tabulæ a-
lia est tabellula, in qua sequentia le-
guntur,

Sym-

Symbolum Reuerendi viri Dn. D.
Pauli Eberi: Psal. CXIX.

*Lucerna pedibus meis verbum tuum, &
lumen semitis meis.*

Humi in lapide ad dextrum aræ
cornu sepulchro imposito sequentia
incisa sunt;

σωμάτιον πάυλου, σαπρόν ἐνθάδε καὶ τὸ ἐβήσθ,
ὃ πόνοσ ἦρ ποιῆρ χριστῶ λέγειν τε βροτοῖσ.

Patre iacet Pauli hic contractum corpus Eberi

Qui studuit facere, & dicere recta alijs.

Pauli Eberi Körperlein /
Ruhet sanfft vnter diesem Stein /
Bey leben was die Arbeit sein
Jederman guts thun / lehren rein.

*DD. Paulo Ebero patri Charissimo qui
obiit 4. Id. Decemb. Anno M. D. LXIX. 4.
Quadr. ante hoc X. prand. cum vixisset Annos
LVIII. D. XXXII. VViteber. fuisse. Ann:
XXVIII. Ecclesie huius Past. An. X. liberi
masti p.*

XXXV.

E 5

M. Pe-

M. Petri Ezelij Dia-
coni.

Petrus in hac recubat defunctus Fcelius vrna
 Viuus in hac præco ceu fuit æde Dei,
 Cui pietas populiq; salus & gloria Christi
 Et curæ ante alios semper egenus erat.
 Lustra ministerij tria cum complebat & annum
 Dilectus pariter ciuibus atq; Deo.
 Transiit ad superos, vbi mente superstes in æuum
 Gaudia quæ docuit viuæ, beatus habet.

Placidè decessit anno ætatis suæ XLII.

Calendar. May Anno M. X. LXX.

vxor & liberi F. F.

Lapis eiusq; inscriptio habetur
 in medio choro aquilonem versus,

XXXVI.

Frantz Zulsdorffs.

In Jahr nach Christi geburt
 1570. Den 20. Nouembris ist
 in Gott entschlaffen der Erbar vnd
 Beste

Beste Frank Zulsdorff / seines al-
ters im 50. Jahr / welchem Gott
Gnade.

Philip. i.

Christus ist mein Leben / sterben
ist mein gewin.

Post vetera Consulum subsellia in
angulo legitur muro inclusum: eius-
demq; planè tenoris lapidi, quo sepul-
chrum tegitur, incisum.

XXXVII

M. Sebastiani Froschelij
Archidiaconi.

Hoc sita Froschelij recubant senis ossa sepulchro
Qui docuit cætus ter tria lustra pios,

Et vitæ septem atq; octo prope lustra peregit

Deq; fide & Cristo publica scripta dedit.

Mortuus in Domino hic, quod erat mortale, reliquit

Viueret vt melior pars meliore loco.

Sancta vbi semper habent animæ commercia lætæ

Cum Christo, viuus agminibusq; patrum.

Anno

Anno Christi M. D. LXX. die XX.
Decembris. M. Sebastianus Froschel Amber-
gensis, cum fideliter huic Ecclesie per annos
XLV. Diaconi loco inseruisset, ex hac mor-
tali vita pie decessit Anno etatis sue.

Extat in Choro è regione osti Sa-
crarii lapidi sepulchrali incisum.

XXXVIII.

Thomæ Hellingers.

Anno 1571. Den 27. Aprilis
verschied der Wohlgelarte für-
sichtige / Erbar vnd Weise Herr
Thomas Heilinger Notarius, vnd
dieser Stadt Wittenberg Bürger-
meister / in dieser Pfarrkirchen vor de
Chor begraben. d. g. g.

Anno 1575. Den 2. Martij ist in
Gott verschieden sein Eheweib /
die Erbar Fraw Anna Heilinge-
rin / geborne Helwickin / auff diesem
Kirchhoff begraben / d. g. g.

Tabel-

Tabella hæc tota inargentata ad primam Sept: pilam suspensa est supra iuggesti scalam, eiq; subiecti octo orbiculi picti. Ante chori ingressum lapidi sepulchrali incisum legitur.

Qui grauis & prudens huius tulit Urbis habenas

Hic Heilingeri consulis ossa iacent.

Nil magis optauit quam ciuibus esse saluti,

Consilio varijs præueniente malis.

Verum vbi sex decies & sex exegerat annos,

Particulam tellus poscit & Æthra suam.

Omnis homo cinis arescens & cæra liquecens,

Flos leuis, vmbra fugax, bulla caduca, nihil.

I. M. D.

Mortuus XXVII. Aprilis.

Anno M. D. LXXI.

Sub hoc Epitaphio in eodem lapide lamina orichalcea est hæc habens:

Obijt Thomas Heylinger Consul

VViteb: die 27. April: Anno

1571. hic sepultus.

Marci

XXXIX.

Marci Hohenfelderii.

VT tener è viridi flos pendens decidit vlmo,
 Imbris vbi validi vis inimica ruit :
 Haud secus in primo vernantis flore iuuentæ
 Marcus Pieridum spesq; decusq; cadit.
 Hic Hohenfeldrorum generoso stemmate natus.
 Magna soli Austriaci fama futurus erat :
 Verum aliter visum est Domino, qui cuncta gubernat,
 Cuius ad arbitrium vitaq; morsq; venit.
 Flos ergò cecidit : sed rursus surget in altum
 Afflatu tactus viuificante Dei.
 O quam læta dies quo corpus & ossa virescent,
 Arida quæ succo nunc periunte iacent.
 Tunc viuent iterum mens & caro iuncta per æuum
 Sentiet & cæli gaudia totus homo.
 In Christo vita est : didicit qui fidere Christo,
 Hic etiam in media viuere morte potest.

Vitam interris suam clausit

IIII. Nonas May Anno

M. D. LXXI.

Tabula Epitaphii huius elegans &
 magna admodum est, auro argentoq;
 plurimo egregiè ornata. Eius in me-
 dio picta est visio Ezechielis de ossibus
 redi-

rediuuis, iuxtaq; defunctus pullatis
vestibus in genua procumbens, addi-
to libro & angelo. A lateribus duæ
sunt columnæ, & in quaque orbi-
culi quatuor, in quibus habentur Ma-
iorum insignia.

In frontispicio tabulæ scriptum
est aureis literis dictum.

*Ossa arida audite verbum Domini: hæc
dicit Dominus Deus, osibus his: ecce ego in-
tromittā in vos spiritum & viuetis Ezech 37.*

Supra columnam transuersalem,
ad dextram quidem insignia patris vi-
suntur, cum tali inscriptione:

**Wolfgang Hohensfelder zu Mi-
sterheim vnd Albmegg.**

Ad sinistram verò matris cum se-
quenti:

**Rosina eine gelorn vom Baum-
garten sein Gemahl.**

Inter hæc rursus alius est orbis,
continens ipsius defuncti insignia,
circundata his verbis:

Marcus

Marcus Hohensfelder zu Aulters-
haimb vnd Albmengg. sein Herr
Vater Römischer Keyserlicher Ma-
iestet Raht.

In lapide sepulchri, qui ponè ia-
cet versus suggestum meridionale, sic
legitur:

Hie liegt begraben des Edlen vnd
Bestrengen Herrn Wolffgangen
Hohensfelders zu Aisterheim vnd
Almagt Römischer Key. Mayest.
Raht / vnd der Edlen Fräwen Ko-
sina geborne von Baumgarten sei-
ner Ehelichen Gemahl Sohn Mar-
cus / welcher alhier seliglich in Chri-
sto entschlaffen den 4. Maij M. D.
LXXI. Christus erwecke ihn vnd
alle die an ihn gleuben zum Ewigen
Leben / Amen.

Sub insigni verò hoc dictum:

Herr

Herr nun leffestu deinen Die-
ner in Friede fahren / denn meine
Augen haben deinen Heyland ge-
sehen.

X L.

Anna von Warleben / des
Edlen vnd Ehrvesten / Hans von
Staupitz des Eltern zu Dabrun
Eheliche Hausfraw.

L Apidi post superiorem Professo-
rum sedem muro inserto incisum
est: in quo lapide ipsa etiam femina
in habitu lugubri, & iuxta eam mari-
tus vna cum vtriusq; insigniis expref-
si sunt.

Non potest autem hoc tempore
plenè videri hoc Epitaphium, pro-
pterea quod illustris & generosus Do-
minus, Dn. Otho Comes in Solms,
Electoratus Saxonici Capitaneus su-
premus scalam, qua in pergulam Prin-
cipum

F

cipum

cipum ascenditur, pro se & coniuge ea parte extruendum curauit. Id quod factum anno Christi 1589.

Saxo, quo sepulchrum obtegitur, inscriptum.

Anno 1572. den 11. Monatstag Maij / kurz vor 4. vhr / nachmittage / ist die Edle Ehrentugendtsame Fray Anna von Warleben / des Edlen / Bestrengen Hans von Staupitz des Eltern zu Dabrunn Eheliche Hausfrau / in dem Herrn seeliglichen entschlaffen / Gott verleihe Ihr eine fröliche Auferstehung.

XLI.

Godeschalci Prætorij M.

Epitaphium Reuerendi & Claris. viri Dn. M. Abdie Prætorij Soltquellenfis Witeberge piè defuncti 9. die Ianuarij Anno Domini 1573. Anno verò ætatis sue 49.

Quo

Quo duce Franckfurti quondam præclara fuerunt
 Cis Viadrum celebris docta Lycea scholæ.
 Eius in hoc tumulo iam molliter ossa quiescunt
 Mens subijt superæ templa beata domus.
 Scire cupis quisnam fuerit Prætorius ille,
 Cui viuo Abdiæ nomen & omen erat.
 Pugnando veræ pro Relligionis amore
 Non metuit curas sustinuisse graues.
 Ingenio quanto linguas vulgauerit, huius
 Aurea testantur publica scripta viri.
 Ergo voluetur donec vertigine cælum
 Perpetuo illius fama superstes erit :

Hoc Epitaphium piceis caracte-
 ribus infusum est lapidi sepulchri, qui
 situs est iuxta scalam qua hoc 1602
 Anno Illustris: Princeps ac Domi-
 nus Dn: Augustus II. Dux Saxonix.
 Landgravius Thuringix ac Marchio
 Misniæ Rector Acad: VViteb: &c. in
 pergulam ascendere consuevit, ha-
 betq; in calce defuncti insignia.

XLII.

Margaritæ Maiorinx, & Fri-
 derici Drachstadij.

F 2

DIC:

ge
 od
 gi-
 ag
 it-
 a-
 /
 on
 an
 rn
 Ott
 er-
 Dn.
 ber-
 nini
 Quo

DIC: MEM: S.

Margarita Maiorine, Drachstadiæ femina opt: quæ matronali laude & virtute præstans in coniugio pio cum marito Frederico Drachstadio; &c: vixit an. XX. octonorum liberorum mater, ex quibus quater-nos. Reliquit superstites, cumq; vixisset annos XL. Menses VII. D. IX. H. VI. in fide sancta diem suum obiit Anno Iesu Christi M. D. LXXIII. Tert: Cal: Febru: cui in area ædis huius sepultæ maritus Fr: Drachstadius uxori cariss: in luctu & merore hoc non: posuit.

EPITAPHIVM.

Viri clarissimi & Consultissimi D. Frederici Drachstets Consistorij Electoralis Ecclesiast. VViteberge Assessoris ordinarij: ibidem Scabinatus & iudicij aulici supremi Saxonici Prothonotarij ad annos 48. dignissimi 8. die Maij Anno seculari 1600, cum vixisset annos 71. pie defuncti.

Sextæ meridionalium pilæ affixa leguntur. In tabula picta est parabola de oue perdita, quam Christus hume-

humeris impositam gestat: itemquè
Drachstadius eius vxor & soboles.

In fronte tabulæ habentur insignia
cum sequenti precatiuncula:

*Veni Domine Iesu Christe, veni & noli
tardare, ouicula certè tua nos sumus sanguine
tuo redempta de tuis humeris nos pendentes in
æterna gaudia tecum transferto.*

XLIII.

M. Martini Salbachij

Diaconi.

EPITAPHIVM.

Reuereudi & clariss. viri M. Martini
Salbachij Vitebergensis piè defuncti
XXXI. Iulij Anno Christi M. D. LXXIII,
Anno etatis sue XXXVII.

Hic sua Martinus posuit Salbachius ossa,

Diuini in patria præco ministerij.

Artibus & linguis & docto carmine præstans

Ciuiibus & doctis carus amicitia.

Quod studium veri cum pace quietus amaret,

Confessus pura Religione fidem.

Nunc Christi merito vitæ promissa beatæ

Saluus in æterna præmia luce capit.

Katharina Freindin coniunx F. C.

F 3

Mo-

Monumento saxeo incisum est in choro septentrionem versus, qua parte foeminae ad mensam Domini accessuræ in genua se prosternunt.

XLIV.

Annæ Hetzerinæ.

Monumentum hoc poni curauerunt cognati honestissima matrone Anna Hetzerina Torgensis, coniugis viri prudentissimi Christophori Nimecij Consulis, Anno 1573. die 18. Maij pie defunctæ:

Abdita dum venis inquirens æra profundis
 Pannonia Christophorus rura Nimecus adit.
 Dissitus à cara consorte, & Leucoris vrbe,
 Externo posuit membra caduca solo.
 Felix, si fasces & certa negotia vitæ
 Gessisset sorti non aliena suæ.
 Namq; & iura suis norat dare ciuibus æqua,
 Ac omni in vitæ parte modestus erat.
 Sed suus est cunctis error, certisq; relictis
 Interdum dubias mente sequuntur opes.
 Casta domi interea rem fecit & Anna mariti,
 Sustinuit casus sorte fideq; sua,

Viuen-

*Viuentisq; Dei templum mens credula Christo,
Mansit in officio firma tenaxq; suo.*

*Namq; pius motus accendit munere verbi,
Qui patris & nati numine flatus abit.*

*Vtq; suam vitam ad normam rationis iniuit,
Illustre eximiae coniugis instar habens:
Sic Christi meritis inmitens clausit eandem,
Et mentem cælo reddidit, ossa solo.*

*Sed cineri comites iuncti probitasq; pudorq;
Quæq; Deum atq; homines iungit amore fides:
Communem hic reditum expectant in lumina vitæ,
Disita tunc cælum corpora iunget idem.*

Hoc Epitaphium legitur in magna & spaciola tabula, ad quartam pilam meridionalem. In medio tabulæ picta est Historia Christi orantis in horto ad montem oliueti, & trium discipulorum suauem & profundum somnum interim dormientium: itemq; effigies fæminæ defunctæ & eius mariti, cum vtriusq; insigniis.

Eminentis mediam & supremam tabulam intersecantibus sequens dictum inscriptum est.

Mein Vater ist's nicht möglich
daß dieser Kelch von mir gehe / Ich
trincke ihn dann / so geschehe dein
Wille.

Suprema tabula habet historiam
Christi à mortuis resurgentis.

XLV.

Iohannis Abrahami à
Bernstein.

Iohannes Abrahamus à Bernstein, viri no-
bilitate generis, atq; virtute præstantis, Io-
hannis Christophori à Bernstein in Porten,
Filius, nascitur ex Elisabetha Hirsfeldia do-
mi paternæ Decembris die 4. Anno 1563. mit-
titur à parentibus anno nono ætatis, cum fra-
tre Iohanne Sigismundo, liberalium artium
discendi gratia in Lipsensem Academiam, ubi
fermè biennium fideli ac diligenti M. Reineri
Reineccij Præceptoris sui institutione usus,
cum iisdem Vitebergam proficiscitur, cum
nondum annum integrum egisset placida
morte

morte obiit, in aedibus Doctoris Casparis Crucigeri, Februario die XIX. Anno 1575.

Desß Bestrengen vnnnd Ehrue-
sten Hans Christoff von Bern-
stein zum Porten / Sohn / Hans
Abraham von Bernstein / ist ge-
born in seines Vaters Hause zum
Porten / den 4. Decembris Anno
1563. Ist im neunnden Jahr. seines
alters von seinem Vater gegen Leip-
zig in die Vniuersitet neben seinem
Bruder Hans Sigemundt von
Bernstein / geschickt worden / alda
er vnter M. Keineri Keinecks
Zucht vnnnd disciplin anderthalb
Jahr gewesen / folgendes Jahrs
neben seinem Bruder Hans Sig-
mundt gen Wittenbergk gezogen /
alda ihn der Allmechtige Gott / als
er fast ein Jahr alda studiret / gnä-

F v

digli-

diglichen zu sich auß diesem Leben
abgefördert / den 19 Februarij An-
no 1575. In D. Casper Creutzigers
Haus / damals aber M. Keineri
Keinecks seines Præceptoren Wo-
nung / vnd liegt alhier zu Wit-
tenbergk begraben / dem Gott
gnade.

Monumentum hoc lapideum in
Choro muro meridionali insertum
est, & in duas discriminatum par-
tes.

Earum ima pars ipsum habet Epi-
taphium, quod posuimus, latinè pa-
riter & Germanicè.

In altera seu media parte sculpta
est Historia creationis Adæ & Eux in
Paradiso. & eius ad dextram pater de-
functi IOH. CHRISTOPHO-
RVS à Bernstein velut orans frondi-
genibus innititur, è quo dependent
eius insignia, & sic porrò per stipitem
ascen-

ascendendo, Maiorum suorum in se-
decimam generationem prosapia.

A sinistra consimili ratione frondi
genibus incumbit demortui mater
ELISABETH ab Hirsfelt in Otter-
vvisch, pendentq; à fronde eius insi-
gnia vna cum 16. Maiorum insigniis.

Parte omnium suprema velut fa-
stigium monumento imposita est sta-
tua Christi lapidea, sinistra quidem te-
nentis vexillum triumphale, dextra
verò quasi benedicentis hominibus:
Affabrè me herculè sculptis elabora-
tisq; omnibus, nisi quod colores, vt
Schulenburgiorū monumento, non-
dum accesserunt.

XLVI.

Casparis Eberhardi S. TH. D.

A NNO M. D. LXXV. ME. OCTOB. DIE
XXI. CASPAR EBERHART. S.
TH. Doctor obiit in Christo, ætatis suæ LVII.

*Saxonicas cum Dux regeret Fridericus habenas,
Vindice quo cecidit fraus scelerata Papæ:*

Natales

Natales hausi niucis in montibus auras
 Et Christo in sacro nomina fonte dedi.
 In regnum vt subijt Ianus, confessio sub quo
 Tradita Diue tibi Carole sacra fuit :
 Obtulit Aonidum castris me cura parentum,
 E verbo agnoui saluificante Deum.
 Tempore quo inuictus fidei constantibus ausis,
 Verus eras patriæ Ian-- Friderice parens :
 Pierio ingeniosa choro me turba cooptans,
 Ingenio iussit liberiore frui.
 Inde vbi Mauritius terror Regumq; Ducumq;
 Imperij ferret sceptrâ potente manu :
 Nomen honorificum accepi titulumq; Magistri,
 Cum posita est capiti Laurea prima meo.
 Felices tandem cum pace superstite gentes,
 Augusto exciperent aurea secla Duce :
 Fructum etiam merito pro mille laboribus hausi,
 Et fulsit nostris purpura honesta comis.
 Hoc vix moriorq; libens sub vindice Verbi
 Saluifici : At Christo spes mea fixa Deo est.
 Saxoniam æternum seruent pia Numina stirpem,
 O Auguste, Deus te, sobolemq; tegat.

Magdal. Vxor, Marito : Liberi
 tristes parenti chariss: pieta-
 tis ergo H. M. P. C.

Ad

Ad primam merid. pilam in cho-
ro legitur. In tabulæ medio picta est
effigies defuncti, eadem planè magni-
tudine qua fuit, habitu pastorali. Ta-
bulam circumambiunt quatuorde-
cim orbiculi, quadræ magnitudine,
qui dicati sunt eius vxori & liberis,
insigne defuncti impositum habet, di-
midiatum scilicet Pegasus è viridi
monte profilientem.

Tabella vero suprema hoc dictum :

Psal. CXLII.

Portio mea in terra viuentium.

Lapidi sepulchrali sequens inscri-
ptum est Epitaphium.

*CHRISTVS VITA,
MORI LVCRVM.*

CAspar Eberhart Schnebergensis, sacra
Theologie Doct̃or & Professor, Pastor Ec-
clesiæ Vitebergensis, verbi diuini ac Luthera-
næ doctrina defensor constantissimus ob. 21.
Octob. Anno M. D. LXXV. cum vixisset
ANNOS

anno LII. scholas verò & Ecclesias rexisset
anno XXX.

*Coniunx mesta, filij sex tristes
pietatis ergò posuere.*

XLVII.

Caroli à Schleinitz Lib.
Baronis.

VT temerè è viridi flos pendens decidit vlmo
Imbris vbi validi vis inimica ruit.

Haud secus in primo vernantis flore iuuentæ

Carolus Aonidum spesq; decusq; cadit.

Hic de Schleinicia prognatus gente Baronum,

Magna sui generis fama futurus erat.

Verum aliter visum est Christo quem totus amauit

Cuius ad arbitrium viuimus & morimur.

Etiam hoc monumentum lapideum est, muro Chori meridiem versus insertum. In medio saxi iuuenis toto corpore cataphractus excisus est, habetq; supra caput suorum progenitorum vsq; in quintam generationem insignia.

In lapide sepulchro inter 1. & 2. pilam meridion. imposito hæc leguntur.

Anno

Anno 1576. den 11. Martij ist in
Gott selig verschieden der Wolge-
borne Herr / Herr Carl vō Schlei-
niß des Seelen Gott gnedig sein
wolle / seines Alters 16. Jahr.

Vnter der Grabschrift ist sein
Wapen / nemlich drey Rosen im
Schilde / vnd auff dem Helm zwey
Hörner / vnd eine Rose in der
mitte.

XLVIII.

Georgij Schvickeri.

Hoc monumentum charissimo fratri suo
erudito & honesto adolescenti Domino
Georgio Schvickero piè in Christo anno Deo-
yovias M. D. LXXXI. die XXIV. Apr. qui
fuit D. Georgio sacer, hic VViteberga defun-
cto: humanissimus ac doctissimus vir, D. An-
tonius Schvveiker, Medicinæ Candidatus po-
ni curavit.

Quisquis ades, tabule ne sic mirere colores,
Schvveickeri studijs vt moueare parum.

Huius

*Huius ad exemplum patrios tempfisse penates
 Discito, diuitias spernere disce puer.
 Hic tibi vel iuuenis, veræ pietatis imago,
 Hunc sequere in studijs sedulitate tuis.
 Atq; ita Schvveickero veluti, tibi dextera sedes
 Æthereas sortem iudicis vrna dabit.*

Ad murum meridionalem infra pergulam ianuæ maioris post suggestum, Hoc Epitaphium reperitur. Tabula habet partem Historiæ passionis Christi, proditorem, scilicet Iudæ osculo factum, pugnam Petri Malcho auriculam amputantis, & prehensionem Christi, vna cum defuncti insigniis.

XLIX.

Hermanni VVinterkampij.

O *Bijt Hermannus VVinterkampius Lubecensis XII. die Aprtlis Anno reparate sal. M. D. LXXXII. cum vixisset Annos XVII. Mens. VII. dies XII. Annis dignus Nestorij.*

Herman-

Hermannum, cui nomen hyems cum pectine fecit

Urbs Lubeca dedit, Leucoris ora capit.

Copia doctrinae, & virtus maturior annis

Persuasit morti, vt crederet esse senem.

Incisum lapidi sepulchrali, sito in medio templo ante superiora Professorum subsellia: additis parentum insigniis, & hoc dicto Psal. 4.

Zeh liege vnd schlasse gantz mit Frieden/denn allein du Herr hilffst mir dasß ich sicher wohne.

L.

Nicolai à Seidlitz.

Nicoleos iacet hic raptus sub flore iuuentæ,
Seidlicia ducens nobile stemma domo.

Leucorei cultor ludi translatus ad astra,

Doctores Christi pendet ab ore sacro.

Quisquis mente inhiat Christi ad commercia, vitæ

Tædia præsentis, spemq; sequentis habet.

Obijt 15. Septemb. Anno 1582.

Ætatis 30.

Post ianuam Templi minorem
versus meridiem habetur hæc tabula,

G

in qua

in qua picta est descensio Christi ad inferos, eiusdemq; resurrectio, adhibitis sepulchro custodibus. In latere tabulæ dextro defunctus specie equitis cataphracti procumbit in genua, & addita sunt sex suorum Maiorum arma gentilitia. Tumbæ inscriptum est sequens distichon:

*Hic sua Nicoleos Seidlitijs ossa recondit
Mens habitat cœles & videt ora Dei.*

*Anno Domini M. D. LXXVII. Die
XIV. Sept.*

Sequitur insigne cui subscriptum.

Nicolaus à Seidlitz.

LI.

Gregorij Matthæi.

MEMORIAE.

Amplissimi & prudentissimi viri, Dn. Gregorij Matthæi, illustrissimorum Ducum Monsterberg: in Silesia An: VI. Consul. & oppidi VViteberg. An: XXVIII. Senatoris & XV. An. Consul. Syndiciq; An. ætatis sue LXI. Christi

Christi verò M. D. LXXVIII. Cal. O-
ctob. piè mortui, coniunx & liberi mastiff.
H. M. P. C.

Antiquæ hic fidei & virtutis imago, sepulchrum

Matthæus, fati lege peremptus, habet.

Consulis obtinuit laudabile munus, & æqua

Iura dabat civi Leucoris alma tuo.

Notitiam legum studijs cælestibus auxit:

Desipit, ætherea, qui sine luce sapit.

Frugè fidem ornauit: quod testificatur egena

Turba querens patrem iam cecidisse suum.

Ergò olim Christo redeunte æterna capesset

Præmia: Nam cæli sideris instar erit.

Talia non illis fas est sperare, Deorum

Qui dona in fraudes perniciemq; locant.

M. B. M. N.

Lapis hic iacet in medio Templi è
regione Suggesti maioris. Epitaphiũ
amico veteri & benè merito gratæ re-
cordationis ergò scripsi M. Balthasar
Mencius Nimecensis beatæ in æterna
felicitate coniunctionis desiderio pio
iuxtà & ardenti flagrans.

LII.

G 2

So

Johan Lufft.

Amno 1584. den 2. September /
 Ist in Gott seliglichen vorschic-
 de der Erbare Wolweise Herr /
 Johan Lufft / Bürgermeister all-
 hier / Gott verleihe ihm vnd vns al-
 len eine fröliche Auferstehung /
 Amen.

Seines Alters im 89. Jahr

Etiam hic lapis in medio Templo
 situs est, ante suggestum Australe, or-
 natus hoc dicto Iobi 19. cap.

Ich weiß daß mein Erlöser lebet /
 vnd er wird mich hernach auß der
 Erden auferwecken / vnd werde
 darnach mit dieser meiner Haut
 umgeben werden / vnd werde in
 meinem Fleisch Gott sehen / densel-
 bigen werde ich mir sehen / vnd mei-
 ne

ne Augen werden ihn schauen/ vnd
kein Frembder.

LIII.

Iohannis à Zetteritz.

Ego sum via veritas & vita.

Dem suum placidè in Christo obiit VVite-
berga, nobilis Iohannes à Zetteritz &
Neihausen de VValdenburg Silesius IX. Die
mensis Iulij An. M. D. LXXXV.

Lapis hic tumbæ impositus iacet
ante minorem ianuam meridionalem
ad pedes Seidlitii, habet in 4. angulis
incisa quatuor maiorum insignia,
nempè Zettriciorum, Seidelitziorum,
Gotziorum & Nimpfchiorum.

LIIII.

Lucaë Pictoris Chrana-
censis.

Inno 1586. den 25. Januarij ist
der Ehrnueste / Volkweise vnd
Kunstreiche Herr Lucas Cranach
G 3 Maler /

Maler / weiland Bürgermeister in
Christo seliglich entschlaffen / vnd
allhier zur Erde bestetiget worden /
seines Alters 71. Jahr 3. Monat /
vnd 21. Tage / dessen Seelen Gott
gnade.

Iohan. 8.

Warlich warlich ich sage euch /
Wer mein Wort wird halten / der
wirdt den Todt nicht sehen ewig-
lich.

Lapis situs est in intermedio spa-
cio templi vacui, quod à mulieribus
concionem auditoris occupari solet,
suggesti ad sinistram, versus pergu-
lam seu chorum Senatorum, eiq; ad
latus sinistrum filii Christophori An.
1596. Die 23. Febr. defuncti.

L V.

Viti

Viti VVinshemij. M. D.

MEMORIAE.

Clarissimi Viri Domi. Viti Ortelij VVins-
hemij Medicinae Doct̄oris ac Professoris,
patris optimi, ac duarum coniugum suarum,
nobiliss. ac honestiss. Euprosines Fontanae, &
Annae Stymphelias: Filij item vnius, duarumq;
filiarum, Vitius VVinshemius Doct̄or, Iuris-
consultis, filius, coniunx & pater, ob spem re-
surrectionis ipsorum, ac leuamen desiderij sui,
hoc monumentum posuit anno à nato Christo
1586. Cal. Iunij.

Exprimit hæc Vitum patrem natumq; tabella

Et patre Pontano, Stymphelioq; satum.

Quarum quæ prior est lecto coniuncta pudico.

Ante diem sine spe prolis adempta fuit.

Quæ fato in vacuum successerat Anna cubile,

Auxit Vite tuum sorte ferace genus.

Sex nati superant Christoq; tegente supersint,

Et patrias artes officiumq; colant.

Parca duas natas, & natum sustulit vnum,

Fila quibus vitæ non diuturna dedit.

Extinctæ matris curam leuat Anna parenti,

Nam matrem in natæ moribus esse videt.

*Nomen VVinshemijs patrum virtute paratum
Et partu matris, nescit in orbe mori.*

Monumentum hoc, quod inter lignea vnum ex præcipuis est, extat in choro, primæ merid. pilæ affixum. In media tabula habetur conuersio Pauli Apostoli, itemq; VVinshemius senior cum filiis & nepotibus ad dextram, ad sinistram verò Viti senioris vxor, itemq; Viti iunioris vxores duæ, in genua omnes incuruati. Supra in tertia tabula pictus est puerulus IESVS nudus, magno Angelorū agmine circumdatus.

In columnulis tabulas intersecantibus habentur insignia Pontanorum, VVinshemiorum & Stimphaliorum. Nam D. Viti iunioris prima vxor fuit ex Pontanorum, altera ex Stimphaliorum familia.

In capite tabulæ legitur dictum
Psal: 90:

*Nesse Deum & benè posse mori sapientia
summa est. Humi verò in lapide sepulchrali:*

Dn:

*Dn. Vitus Ortel VVinsbemijs pater Med.
artis D. & graeca ling: Profes: de hac Acad:
Opt. M. pie in Christo obiit A. D.*

M. D. LXX. 3. Non.

Januar.

LVI.

Christoff von Butenaw.

W Anno 1587. den 21. Februarij
ist in Gott seliglich entschlaf-
fen / der Edle / Gestrenge vnd
Ehruveste Christoff von Bute-
naw.

Reperitur in Choro iuxta Sacra-
rium Septentrionali muro affixum,
Eberiani ad dextrum. Est autem ma-
gnum valdè, duas hinc & hinc colu-
mnas habens, in quibus picta longa
serie Maiorum insignia. In medio ta-
bulæ habetur Historia Gedeouis, quo-
modo scilicet eius exercitus aquas
lambat, adscripto literis aureis ex Iu-
dic. VII. cap.

G v

Bnd

Und der Herr sprach zu Gedeon / welcher mit seiner Zungen des Wassers lecket / wie ein Hund lecket / den stelle besonders / desselbigengleichen welcher auff seine Knie fället zu trincken.

Supra in tabellula cordis figuram habente pictus est Diuus Martinus Episcopus equo insidens, & partem fagi militaris gladio abscissam mendico nudo attribuens. Est autem tabula hæc auro circumquaq; eleganter admodum ornata.

Extra chorum in saxo, quod sitū est in medio Templi, iuxta tertiam meridionaliū pilam ex opposito superioris Professorum subsellii, incisum legitur.

A Nno M. D. LXXVII.
den XXI. Februarij ist in Gott seliglichen entchlaffen / der Edle Geseirenae vund Ehrwese / Christoff von Wuten w / seines Alters im
27. Jahr /

27. Jahr / welcher sich in Franck-
reich etliche Züge wolversucht /
Gottt verleihe im vnd allen Christ-
glaubigen ein frölich Auferstehung.

Epitaphio subiecta sunt arma de-
functi gentilitia, & sequens dictum.

Der Gerechten Seelen sind in
Gottes Hand / vnd keine Quall
rühret sie an / Sapient. 3.

LVII.

Dauidis Voiti Th. D.

D. O. A.

Vir reuerendus & clariss: Dn. David Voi-
tus SS. Theologiae Doct. & Professor publi-
cus Ecclesiae VVitebergensis Pastor & Elect.
Saxon. Superattendens, in Domino obdormi-
uit Anno Christi M. D. LXXIX. Die XXVI.
Nouembr. paulo ante horam 4. matut. cum
ad complendum etatis annum LX. menses
duo deessent,

Sepulchrum huius est ante Aram,
mediū inter D. Eberi & D. Eberhardi
tumu-

tumulos, M. Balthasar Mencius, Ni-
mecenſis, cuius in vlnis expiravit, ſe-
quenti elogio ex ornauit.

*Conditur hac vrnâ Voitus, qui maximus arte,
Maximus ingenio, maximus eloquio.*

*In ſcriptis dictisq; ſacro quæ Flamine ſparſit,
Exhibet ingenij dona videnda ſui :*

*Teſtis Naiadum tutor, qui ſuccina gignit
Bregela, pierijs conſpiciendus aquis.*

*Succina fœtores pellunt ſuccenſa : ſed ille
Arte ſua pepulit nubila ab arte ſacra.*

*Teſtabuntur idem tua, Sala, ſedilia Muſis
Sacrata, & vero templa dicata Deo.*

*Leucoreæ tandem Myſtes præponitur aræ,
Enſiferi accitus Principis imperio,*

*Pulpita Lutherum quæ ſuſtinuere docentem
Agnoscunt ſimiles, hoc reſonante, modos.*

*Non illum ſedes quondam tua, doctæ Melanthon,
Arguit à domino degenerare ſuo.*

*Talis erat, quo vis nunc perge viator & opta,
Producant pariles ſecla futura viros.*

B. M. P. L.

LVIII.

Georgij à Rotenbergk,

Zm

In Jahr Christi M. D. XC.
den XI. Februario ist in Gott
seliglich entschlaffen der Edle
Gestrenge vnd Ehrveste Georg
von Rotenburg auff Deutsch net-
ka vnd Heren / dem **G D E E**
gnade.

Habetur in Choro incisum lapi-
di, quo sepulchrum tegitur, proxi-
mo secundam pilam. In quatuor
eius angulis incisa sunt insignia suo-
rum progenitorum, cum sequenti
dicto :

1. Corinth. VI.

Gott hat den **H**errn aufser-
weckt / vnd wird vns auch aufser-
wecken / durch seine Krafft / wis-
set ihr nicht / das ewre Leiber Chri-
sti Glieder sein.

Thomæ

Ni-
fe-

V

Im

LIX.

Thomæ Calixti.

Thomæ Calixti Schmelen viri ornatissimi
 & spectatissimi, Iurisconsulti præstantis-
 simi, de tota patria optimè meriti, qui piè o-
 biit Anno 1591. Decembris die 9. hora 7. ma-
 tutina, cum vixisset annos 68. in matrimo-
 nio cum honestiss. & castiss. matrona.

Hoc Epitaphium Saxæum intra
 chorum & Professorum subsellia, Ca-
 lixti simulachro lapideo subscriptum
 visitur. Duabus autem ligneis val-
 uis munitum est, quæ aperiri & clau-
 di possunt, ne scilicet effigies pedibus
 ambulantium teratur. Supra val-
 uas lapidi sequens Epigramma inci-
 sum legitur:

Norma boni Deus est solus: Lex sanctio sacra,
 Lege vigente Dei lex sacra facta manet.
 Sic quia dispensat cunctis sua iura Calixtus
 In Christum credens iura salutis habet.

Vrsulæ

LX.

Vrsulæ Burenixæ.

Salomon Albertus.

Septemvialis in aula Dresdensi Medicus in gratiam suorum expectantium beatam illam spem, & illustrem illum aduentum gloriae magni illius Dei & Servatoris nostri Iesu Christi hoc monum. f. f.

Huc posuit Salomon Albertus quatuor umbras

Vxorem matrem filiolasq; duas.

Surgere nemo potest diuinæ lucis ad auram

Qui non mortali ponitur umbra solo.

Epitaphium hoc laminæ æneæ incisum & pilæ australi quartæ à parte orientali inclusum cernitur.

LXI.

Iohannis Richardi.

Iohannes, Christophori Richardi Nota: publ.

In sup. Lusatia filius, stud. & nota: publ.

moritur anno Christi 1504. Mense Maij die 16.

Anno ætatis XXIX. Budisini natus anno

Christi 1505. M. X B. Die V, in hac urbe vita

functus.

Tabel-

Tabella lignea fulcro cui pergula
Principum innititur versus meridiem
affixa est, eiusq; in medio figura Chri-
sti cruci affixi defunctiq; vndequaq;
aureis literis condecorata margini-
busq; adscriptum :

Christe tua vitam mihi morte & funere scenus

Reddis proq; solo est nunc polus illa salus.

Illa salus vera est, tibi mens mea reddita : reddes

Sic aliquando meis meq; meosq; mihi.

Pedibus verò subiectum :

Iohannes Reichardus obiit bis quinta nitente

Post nonas Maij lux vt in orbe rubet.

LXII.

Friderici Tilemanni.

Tumulus Friderici Tilemanni VVi-

teberg : I. V. D. & Profess.

Hist. pub.

HÆc Tilemannus habet vacui caua panda sepulcri
Sed caua non vnus. Hæc Tilemannus habet.

Omnis & humani simul huic miracula sensus

Ad latus exuuias deposuere suas.

Natura

Naturæ Sophos & variae pollentia linguae
Et non exhausta gurges in Historia.

Et legum ac iurum vigor aureus : osq; venustum
Quod Charites digitis expoliere suis :

Et pietas, & prisca fides, & quicquid honestum
Heu quam non magno funere quanta iacent :

Hic lapis est durus : mors dura est : durus & ipse es,
Qui potes hinc siccis, lector, abire genis.

Obijt.

Anno Christi M. D. IIC. Die IX. Iunij
cum vixisset annos X X I X.

Menses I I I.

Huius sepulchrum conspicitur in
intermedio templi spacio ante chorū
ad secundam ferè australiū pilam cum
sequenti dicto.

A. A. M. M.

Mihi vero sufficit Domine emoriar ut
Συνη λειαν έχοντα prehendam.

LXIII.

Ieremiæ Næuij.

D. I. M. M. S.

Dotibus ingenij præstans & stirpis auitæ
Patrisq; meritis clarus atq; patru-

H

Quos

Quos Asclepiadis Germania protulit ambos
E literalis septimusq; fratribus.

Quorum de numero Themidis Respublica, qui nos
Binosq; laudat Asseclas Apollinis:

Ieremias tumulo situs est hoc Næuius acta
Ætatis ab quarta suæ vix ennade.

Heu breue vita bonum: summis quam rara senectus
Truncante fila prorogatur Atropo.

Maiorum negat æs titulos ac ferre sepulti
Terra ossa condidit, fama seruat gloriam.

VVitebergæ Anno ab O. R. M. D. XC. II X.
D. II. M. XBR. Iulian. circa hor. 8. Ve-
spert. C. V. Anno XXXVI. Mens. IV. min.
dieb. III. Nat. Anno M. D. LXII. D. V.
Mens. Augu: H. 8. pom. Ieremie Næui Dresden. I. V. perito Fratri cariss. memoria ergo
Frs. & Srs. superst.

H. M P. P.

Epitaphium est æneum, totumq;
inauratum, & pilæ septentrionalium
mediæ adhæret, ita vt polum arcticum
respiciat.

Geor-

LXIV.

Georgij à Miltitz.

IN OBITVM CVM VIRTV-
tis & doctrinae, tum generis nobilitate
conspicui adolenscentis Georgij à
Miltitz piè defuncti VViteber-
gæ 14. Martij Anno 1600.
ætatis 17.

O Vitam inuitam! ô spem expem! sortemq; ge-
mendam

O fata tristitia! commoda atq; incommoda.

Vita fugax hominum est volucrisq; similima somno

Et omnibus breue est & irreparabile.

Tempus: purpureum florem mors atra iuuentæ

Carpit, senectam demetitq; marcidam.

Mente vigescentem rara: gente atq; vige-tem

Cara (heu) dies speculum iuuentæ atra abstulit.

Miltitzium morale, decus patriæq; perenne

Alter mihi hoc non carior, non rarior.

Ac citius moriens, citius petit ætheris aulam

Elysium & ipse cum beatis incolit.

H 2

Chri-

*Christicolis : præmissis haud perisse putetis
Et cum Deo regna tenere cœlica.*

Monimentum hoc quartæ australium pilæ adhærens, occasum respicit. Estq; vnū ex præcipuis quatuor hinc & hinc columnulis & 16. maiorum armis gentiliciis circumquaq; exornatum. Inferior tabula habet simulacrum Christi in cruce pendentis, & quorundam angelorum, Mariæ item virginis & Iohannis Euangelistæ, nec non defuncti in genua procumbētis. Eminentis auro argentoq; condecoratis, sequens dictum aureis literis inscriptum visitur.

**Das Blut Jesu Christi seines
Sohns macht uns rein von aller
Sünde.**

Superior autem tabella continet resurrectionem Christi additis sepulchro custodibus.

Idem

Idem Epitaphium piceis literis
lapidi, quo sepulchrum tegitur, eius-
dem planè tenoris cum quatuor ma-
iorum insignibus & dicto I. Ioh. I.
infusum ad gradus suggesti
meridionalis repe-
ritur.

FINIS LIBRI
Secundi.



LIBER SECVNDVS

Idem. In quibus
libris, quo respectum
hanc plane tenoris
ordinatibus & h. h. h.
instans ad gradus
libris, quo respectum
hanc plane tenoris
ordinatibus & h. h. h.

LIBRIS LIBRI
Secundus



nostra. **Q**uod est
diligam dem. **T**
Quia non in
terone diligam
mucem: nisi dili
tes dem: digni
munt: solum
suum tamquam
metum dicit:
nam si non non

Quia non in
terone diligam
mucem: nisi dili
tes dem: digni
munt: solum
suum tamquam
metum dicit:
nam si non non




LIBER S
CONT
DESCRI
TEMPLI PA
EIVSQUE

AV
BALTHAS
cio Ni

Poma quaedam sua
veteri delectat & ipsa a
functorum memoria mor
luptate : &c.



MAGD
Excudebat Andreas S
Kirchner



Kodak
LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

